



P2 - A 582

HARVARD UNIVERSITY



LIBRARY  
OF THE  
Museum of Comparative Zoology









Pz - A  
582

4416  
95-

5444  
B

# PALÆONTOLOGIA SCANDINAVICA

AUCTORE

N. P. ANGELIN.

CURA ET AUSPICIS ACADEMIE REGIÆ SCIENTIARUM SUECANÆ, ADDITAMENTIS  
INSTRUCTA, POST MORTEM AUCTORIS ITERUM EMISSA.

P. I.

CRUSTACEA FORMATIONIS TRANSITIONIS.

FASCICULI I & II\*.

CUM TABULIS XLVIII.

LIBRARY  
MUSEUM OF ZOOLOGY  
CAMBRIDGE MASS.

HOLMIAE 1878.

APUD SAMSON & WALLIN.


Pz - A 582

Continet hic liber tabulas: I (n.), I a (n.), I (r.), II (em.), II (r.), III (em.), III (r.), IV—XIX, XX (em.), XX (r.), XXI, XXII (em.), XXII (r.), XXIII—XLII.

n. Denotat tabulam, ab auctore datam, *novam*.

e. n. n. n. emendata m.

r. n. n. n. rejectam.



Exchange  
Naturhistoriska  
Museet

STOCKHOLM, 1878.

P. A. NORSTEDT & SÖNER.  
KONGL. BOKTRYCKARE.

## PRÆMONENDA.

Operis, nunc iterum jussu et impensis Academiæ Regiæ Scientiarum Suecanæ editi, pars prima jam anno 1852 publico sumtu in lucem prodiit, Palæontologia Svecica nuncupata, descriptionem continens specierum in paginis 1—24 et tabulas I—XXIV. Pars secunda, Palæontologia Scandinavica, anno 1854 publicata est, præfationem (pagg. I—IX), descriptiones (pagg. 21—92) et tabulas XXV—XLI complectens; addiderat Auctor insuper tabulas primæ partis XX, XXII, novis figuris emendatas. Hujus partis plagula quarta (pagg. 21—28) repetitionem continebat amplificatam descriptionum in paginis 21—24 plagulæ tertiae. Idoneum deinde visum est, tabulas non modo dare emendatas et verborum textum rescriptum, sed etiam tabulas ab Auctore rejectas et verba illa prima descriptionum, quibus forsitan ante partem secundam editam usi sint scriptores.

Inter manuscripta et tabulas, quas Auctor Academiæ Regiæ Scientiarum donavit, varia adsunt, quæ ad continuationem Palæontologiae Scandinavicae spectant. Ex his tabulas I, I a, II, III et XLII hic adjeci, cura Auctoris emendatas et novatas, quarum descriptionem perfectam e schedulis ejusdem in appendice collegi.

Holmiæ die 25 Junii 1878.

G. LINDSTRÖM.

1826. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

1826. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

1826. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

1826. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

1826. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

1826. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

1826. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

1826. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

1826. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

1826. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

## De distributione verticali reliquiarum organicarum in formatione, quæ dicitur transitionis Scandinavicæ.

**S**trata formationem transitionis Scandinavicæ constituentia, prout fossilia organica includunt varia, in varias facile tamque diversas regiones vel zonas verticales abeunt, ut ne una quidem species duabus sit communis. Difficile tamen factu est, seriem harum continuam instituere; nusquam enim omnes conjunctæ occurrunt, sed aliae alibi sœpissime explicatæ, varieque insuper perturbatæ apparent. In quibusdam denique stratis non nisi per pauca nobis hucusque apparuerunt reliquiae organicae, et hæ quidem, quod crebro accidit, minus bene conservatæ, quam ut accurate determinari queant.

Quibus rite perspectis ac perpensis, prima dispositionis stratorum ipsorum chronologicæ lineamenta nimirum ibi quærenda esse duximus, ubi maxima diversarum regionum in promptu fuerit pars, strataque primarium suum atque horizontalem servaverint situm. Cum jam certiores facti simus, quomodo per has situ ipso stabilitas regiones, reliquiae organicae distributæ sint, tunc primum e rationibus mere palæontologicis tales, qualium stratificatio dubia nec e situ fuit extricanda, inter illas inserere et adeo suum cuique locum probe tribuere poterimus. Strata autem, quorum fossilia specie nondum satis cognita explorataque habeamus, ad certas quasdam zonas, quibuscum genera plurima communia habeant, referre eademque litteris tantum minoribus signare, quam iis propria nomina tribuere maluimus.

Quantum nobis hucusque lustrare licuerit, præbent nimirum, ut jam animadvertisit divus ille Linné \*), montes Vestrogothiæ: Kinnekulle, Mösseberg, Hunneberg ceterique, opportunitatem optimam discernendi et diversitatem maximam stratorum, quibus conficiuntur, et ordinem, quem hæcce servant

---

\* Iter Vestrogoth. pag. 20.

## II

situ omnino horizontali, quare etiam sectiones horum montium verticales factæ sunt, ut essent nobis certa primordia dispositionis, utque pateret ordo ille manifestus minimeque dubius, quem sequi constat maximam partem regionum in territorio nostro distinguendarum.

### Sectiones verticales.

**Kinnekulle,**  
e latere occident.

**Mösseberg,**  
e latere occident.

**Hunneberg,**  
e latere occident.

### Saxa eruptionis reliquias organicas

|                        |                         |                         |
|------------------------|-------------------------|-------------------------|
| <b>Regio Harparum.</b> | <b>„ Harparum.</b>      | <b>non continentia.</b> |
| „ <b>Trinucleorum.</b> | „ <b>Trinucleorum.</b>  |                         |
| „ <b>Asaphorum.</b>    | „ <b>Asaphorum.</b>     |                         |
| „ <b>Olenorum.</b>     | „ <b>Ceratopygarum.</b> |                         |
| „ <b>Fucoidarum.</b>   | „ <b>Olenorum.</b>      |                         |
|                        |                         |                         |

Ad quas jam citatas accedunt præterea duæ æquo jure distinguendæ et ceteris adnumerandæ regiones, quum reliquiis suis organicis non minus insignes ac diversæ sint, quarum altera ex. gr. Gothlandiam totam constituit, altera in Scania et insula Bornholm hactenus solum nobis obvia fuit. Ideoque, quantum comperimus, confici videtur territorium nostrum ex VIII saltem probe distinguendis regionibus. Ut vero ordo, quem teneant, facilius intelligatur, heic omnes uno conspectu exponere placet.

|  |               |
|--|---------------|
| <b>Regio VIII. Cryptonymorum (<i>Encrinurorum</i>)</b> | <b>= E.</b>   |
| „ <b>VII. Harparum</b>                                 | <b>= D E.</b> |
| „ <b>VI. Trinucleorum</b>                              | <b>= D.</b>   |
| „ <b>V. Asaphorum</b>                                  | <b>= C.</b>   |
| „ <b>IV. Ceratopygarum</b>                             | <b>= B C.</b> |
| „ <b>III. Conocorypharum</b>                           | <b>= B.</b>   |
| „ <b>II. Olenorum</b>                                  | <b>= A.</b>   |
| <b>I. Fucoidarum.</b>                                  |               |

### III

#### Regio I. Fucoidarum.

Stratum infimum e cote LINN. Syst. Nat. Ed. XII. Vol. III. p. 40.

Format. transit. e) strata saxi arenacei His. Leth. Svec. p. 120.

Infimum omnium tenens locum, per totam fere Scandinaviam, ubi strata hujus formationis antiquiora indagata sint, plerumque ut socia regionis A) divulgata est. Efficitur e stratis validis saxi arenacei, in formam schistosam aut conglomeratam haud raro transeuntibus et cum stratis tenuissimis argillaceis passim alternantibus. Reliquias continet tantummodo plantarum fossilium, quas ad ordinem Algarum refert Brongniart, cuius vero generis sint vix extricari potest.

#### Regio II. Olenorum == A.

Stratum secundum e schisto LINN. l. c. p. 10.

Stratum schisti aluminalis WAHL. in Nov. Act. Soc. Ups. Vol. VIII. p. 9. His. l. c. p. 419.

Occurrit iisdem fere Sueciæ locis ac præcedens, exceptis provinciis septentrioni prioribus; in Norvegia rarescit. Constat maximam partem e schisto aluminali cum stratis validis calcis, præsertim bituminosæ, alternante, quæ vero persæpe globos solum variae magnitudinis conficit. Huc pertinet nobilissima illa deposita ad Andraram, Möckleby, Kaslås, Carlsfors et Latorp, frequentia sua ac multitudine Trilobitarum insignia. Efficitur etiam, quamquam rarius, e saxo conglomerato calcario et saxo arenaceo schistoso ex. gr. in Ölandia. Notandum est etiam anthraciten hac in zona haud raro reperiri, sed non tam copiose, ut strata propria conficiat.

Inter cetera hujus regionis *Crustacea Triloba* prævalent *Leptoplastidæ*, cujus familie species XX—XXX distinctas reperimus; neque alia hujus ordinis genera nisi *Paradoxus* (sp. 3), *Liostracus* (sp. 3), et *Agnostus* (sp. 5), (nam *Solenopleura* (sp. 1) et *Pliomera* (sp. 1) dubiæ), hic porro indagata sunt. *Ostracodarum* quædam etiam extant species. E classe *Molluscorum* vix nisi perpaucæ *Brachionopodorum* genera, numeri specierum pere exigui.

## IV

Inter *Zoophyta* genus *Graptolithorum* novum \*) huic regioni proprium videatur, cui nomen *Phyllograptia* a nobis inditum est.

### Regio III. *Conocorypharum* = B.

Hucusque, ut supra monuimus, non nisi ad Andrarum Scaniae et in insula Bornholm a nobis reperta. Composita sunt ejus strata e calce nigrescente, in conglomeratum saepe abeunte et e schisto aluminari, qui eadem ratione ac proxime praecedens regio, cujus in vicinitate quoque deprehenditur, calcem bituminosam immixtam continet. Crustaceorum item Triloborum ditissima est, multitudine autem generum illi longe antecellens. Ab illa tamen eo distinguitur, quod tota familia Leptoplastidarum deest; praeterea fauna sua propria et omnino diversa gaudet. Primum in hac regione nobis exstant genera *Trilobitarum*: Centropleura (sp. 2), Harpides (sp. 2), Symphysurus (sp. 1), Ceratopyge? (sp. 1), Conocoryphe (sp. 3), Aneucanthus (sp. 1), Elyx (sp. 1), Anomocare (sp. 7), Solenopleura (sp. 4), Dolichometopus (sp. 2). Adsunt quoque Paradoxus (sp. 4), Agnostus (sp. 10). Ex *Ostracodis* species variæ. Inter *Mollusca* accedunt nonnulla genera *Brachionopodorum* numero specierum minus abundantia; rarissima sunt *Cephalopoda* et *Pteropoda*. Inter *Zoophyta* non nisi *Graptolithi* et quidem rarissime occurunt.

### Regio IV. *Ceratopygarum* = B C.

Aliquot tantummodo locis hactenus indagata, ex. gr. in Norvegia ad Opslo et in monte Hunneberg Vestrogothia. Comitatur schistum aluminarem regionis A), cui quoque immediate imposita reperitur prope Munkesten in monte jam memorato. Strata hujus zone e schisto quoque aluminari calceoque nigrescente constant. Quamquam parum adhuc disquisita est haec regio,

---

\*) Ita enim potius interpretamur quod Hisinger Leth. suppl. I. p. 5. t. XXXVIII. ut plantam monocotyledoneam affert, et Eichwald in "Beiträge zur Kentniss d. Russischen Reich." von Bær u. Helmersen B. 3. p. 45—57. tab. 1. f. 6.<sup>o</sup> sub nomine *Gorgonia flabelliformis* distinxit, quodque alii ad Algarum ordinem ducunt.

tamen inter crustacea ejus et praecedentis permagna observatur differentia. Proveniunt primum hic Lonchodomas (sp. 1—2), Pliomera (sp. 1), Megalaspis (sp. 3), Niobe (sp. 3—4), Cyrtometopus? (sp. 1), Corynexochus? (sp. 1), Euloma (sp. 2—3). Sunt ei cum regione III:tia communia genera: Agnostus (sp. 1—2), Symphysurus (sp. 2), Centropleura? (sp. 3), Ceratopyge (sp. 3—6)\*), Harpides (sp. 1). Præterea vix quidquam nisi *Mollusca* continet, inter quæ pauca solum *Brachionopodorum* genera indagavimus.

### Regio V. Asaphorum = C.

Stratum tertium e marmore. LINN. l. c. p. 40.

Stratum calcarium WAHL. l. p. 9. ex part.

Format. transit d) strata calcaria antiquiora HIS. l. c. p. 419.

Ex omnibus fere per Sueciam latissime patens; nec deest in Norvegia, ubi variis quidem locis in promptu est. Continet ante omnia deposita calcis impuræ variique coloris, structuram oolithicam interdum sibi induentia, quæ cum interjacentibus stratis margaceis, saepius tenuissimis, alternant. In hac numerus *Trilobitarum* maximus, sive genera computabis, sive species. Nunc demum proveniunt Trinucleus (sp. 1), Brachypleura (sp. 1)\*\*), Asaphus (sp. 8), Ptychopyge (sp. 9), Phacopidae (sp. 3), Cybele (sp. 2), Celmus (sp. 1), Chirurus (sp. 2), Cyrtometopus (sp. 8), Sphærexochus? (sp. 1), Lichidae (sp. 4), Illanus (sp. 3), Rhodope (sp. 2), Dysplanus (sp. 3), Harpes (sp. 1), Nileus (sp. 6)\*\*\*), Ampyx (sp. 1), Pharostoma (sp. 1). Huic communia cum antecedente sunt Pliomera (sp. 1), Megalaspis (sp. 18), Niobe (sp. 4), Agnostus (sp. 1), Symphysurus (sp. 3), Lonchodomas (sp. 1), Corynexochus (sp. 2), Euloma? (sp. 1). *Ostracodarum* numerus etiam nunc exiguus. *Mollusca* vero *Cephalopoda*, *Gasteropoda* et *Branchionopoda* magna specierum copia pollut; Adsunt quoque *Conchifera*, specierum autem numero minus abundantia; nec deesse videntur *Pteropoda*. Inter *Radiata* maxime notabiles sunt *Cysteidæ*, sed genuinæ quoque *Crinoidæ* minime absunt.

\*) Huc Trilobites Forsicula, T. acicularis et T. Lyra. Boeck. in Gæa Norv. I. p. 441.

\*\*) Remopleurides Portl.

\*\*\*) Huc pertinent Trilobites depresso, T. intermedius et T. oblongatus Boeck l. c. p. 442.

Procedunt quidem hic genera complura *Zoophytorum* ex. gr. *Calamopora* et *Cyatophylli*, quorum species sparsim et gregatim, *Graptolithorum* vero rarissime obveniunt.

### **Regio VI. Trinucleorum = D.**

Stratum quartum e schisto. LINN. I. c. p. 40.

Format. transition. b. strata schisti argillacei. His. p. 119. ex. part.

Huc refero deposita varia imprimis schisti margacei, quæ vix strata calcaria propria, sœpissime modo glæbas lenticulares calcis siliceæ includunt. Obveniunt præsertim in Scania, in insula Bornholm, in Vestrogothia variisque Norvegiæ locis; Cum vero reliquias eorum organicas parum hactenus exploratas et non satis diligenter comparatas habeamus, in præsenti pro certo statuere non possumus, utrum strata hæcce, quæ imprimis magna Trinucleorum, Ampycorum Graptolithorumque copia scatent, unicam tantummodo constituant regionem, an potius in plures minores sejungenda sint. Strata cum litteris D a) signata, quæ inferiorem tenere videntur locum, præsertim in Vestrogothia et Norvegia sunt indagata, quibus locis communia *Asaphus glabratus*, *Ampyx costatus* et cet. videntur. Ad ea, quæ superiorem obtinent locum et cum litteris D b) notata sunt, imprimis in Mösseberg, Olleberg et Billingen aliisque montibus Vestrogothiæ aditus nobis patet. Hujus quoque loci videtur schistus argillaceus nigrescens, quiqe ad Draggå alibique in Dalecarlia reperitur. In hac re- gione primum in conspectum veniunt genera *Trilobitarum*: *Æglina* (sp. 1), *Ogygia* (sp. 3), *Acidaspis* (sp. 2), *Telephus* (sp. 3), *Sphaerometopus* (sp. 1), *Dionide* (*Polytomurus*) (sp. 1), *Rhaphiophorus* (sp. 6). De cetero etiam nunc *Asaphus* (sp. 2), *Trinucleus* (sp. 6), *Ampyx* (sp. 3), *Lonchodomas* (sp. 5), *Phacopidæ* (sp. 5), *Cyrtometopus* (sp. 3), *Lichidæ* (sp. 5), *Brachypleura* et *Amphitryo* (sp. 3), *Corynexochus* (sp. 2), *Cybele* (sp. 1), *Rhodope* (sp. 1), *Agno- stus* (sp. 1), exstant. Numerus *Ostracodarum* auctus observatur. Ex *Cephalopodis*, *Gasteropodis* et *Conchiferis* haud paucas numerabis species atque ipsa *Brachionopoda* vix numero minuuntur. Inter *Radiata* rarescant *Cysteidae*. At inter *Zoophyta*, alioquin haud numerosa, *Graptolithi* passim mirum sane in modum abundant.

## VII

### Regio VII. Harparum = D E.

Stratum quartum e schisto. LINN. l. c. p. 40. ex. p. 4, strata calara ibid. ex. part.

Strata schisti argillacei. WAHL. l. c. p. 40. p.

Format. transit. b. strata schisti argillacei. HIS. l. c. p. 440. ex. p. 4, strata calcarea  
recensiora ibid. ex. p.

De qua nunc agitur regione ingenue quoque confitendum, nos nescire, utrum unicam solum constiuat zonam, an forsitan rectius in plures dividenda sit. In Dalecarlia maxime explicata conspicitur, ubi per parroecias Rättvik et Ore stratis calcariis validis albidi plerumque coloris, quibus interdum deposita margacea sunt intermixta, sese expandit. Ad hanc quoque regionem strata schisti suprema montium Vestrogothicorum referenda videntur. In Ostrogothia ad Borenshult et in Scania forsitan etiam occurrit, in reliquis vero Sveciae provinciis adhuc desideratur. In Norvegia per tractus vastos circa Skien, Porsgrund ac per plures insulas in sinu Christianiae sitas, strata margacea hujus regionis calcaria et arenaria late profusa sunt. Inter Crustacea *Triloba* procedunt heic primum: *Astyages* (sp. 1), *Bronteus* (sp. 2), *Homalonotus* (sp. 1), *Cryptonymus* (sp. 1), *Bumastus* (sp. 7), *Arrhaphus* (sp. 1), *Sphaerexchus* (sp. 8), *Deiphon* (sp. 2), *Isocolus* (sp. 1), *Trapelocera* (sp. 1). Inter jam nota: *Calymene* (sp. 2), *Phacopidae* (sp. 2), *Acidaspis* (sp. 2), *Prætus* (sp. 3), *Harpes* (sp. 2), *Amyx* (sp. 1), *Cybele* (sp. 1), *Brachypleura* (sp. 1), *Staurocephalus* (sp. 2), *Lichidae* (sp. 7). Asaphidae vero, Trinucleinæ et Agnostidæ prorsus absunt. Ex *Ostracodis* nonnulla etiam apparent. *Cephalopoda*, *Gasteropoda* et *Conchifera* numero specierum minuuntur, contra augentur *Brachionopoda*. Inter *Radiata Crinidarum*, qui dicuntur entrochi, passim et gregatim cernuntur, *Cysteidæ* vero jam rarescunt. Inter *Zoophyta* species *Cateniporæ*, *Cyatophylli* et *Calamoporæ*, haud raro occurunt.

### Regio VIII. Cryptonymorum (*Encrinurorum*) = E.

Format. transit. a) strata calcarea recentiora. HIS. l. c. p. 448. ex. p.

Huic regioni subjecta strata varietatem et petrarum et reliquiarum organicarum nobis præbent maximam. Deposita enim cujusque generis offert,

## VIII

hæcce regio, arenaria, calcaria, margacea, schisti argillacei et conglomerati calcarii, oolithicam structuram haud raro assumentis, ex. gr. in Gothlandia, quæ terra abundantia sua, varietate reliquiarum organicarum atque pulchritudine longe celebratissima est. In Scania partem versus meridionalem lacus Ringsjö, septentrionalemque versus lacus Wombsjö se extendit, stratis calcariis imprimis ad Bjerrsjöladugård, Tüllesbo et Ramsåsa, margaceis ad Klinta et Skartofsta, arenariis ad Klinta, Puggerup et Ramsåsa. In Norvegia, præterquam quod complures insulas prope Christianiam et Holmestrand constituit, totas quoque regiones parœciae Asker alibique conficit. In depositis hujus regionis inferioribus prævalent imprimis strata margacea et arenaria, speciebus variis *Leptænæ* scatentia. In superioribus præsertim increbescunt strata calcaria, frequentia sua Coralliorum et Crinidarum maxime insignia. Cum vix genus ullum *Crustaceorum* novum huic regioni accedat, eo facilius est eam ab antecedente distinguere, quod plane nunc evanuerunt genera Brachypleura, Harpes, Illanus, Ampyx, Cybele et Cyrtometopus. Abundant vero Phaëtonides (sp. 2), Forbesia (sp. 3), Goniopleura (sp. 2), Phacopidae (sp. 8), Cryptonymus (Enerinurus) (sp. 5), Calymmene (sp. 3), Homalonotus (sp. 1), Chirurus (sp. 2), Sphærexochus (sp. 2), Acidaspis (sp. 5), Trapelocera (sp. 1), Bumastus (sp. 2), Bronteus (sp. 3), Deiphon (sp. 2), Lichidæ (sp. 9). *Ostracodæ* nunc magnum specierum numerum explicant. Inter *Annulata* haud raro *Tubicolæ* inveniuntur. Inter *Mollusca*: *Cephalopoda*, *Brachionopoda* ac *Conchifera* et varietate generum et abundantia specierum quam maxime crescunt; nec desunt genera plura *Pteropodorum*. Inter *Radiata* præsertim *Crinoidæ* copia et varietate antea nondum visa, nec umquam satis admiranda formarum pulcherrimarum eminent. Fragmenta earum ita catervatim sæpe accumulata sunt, ut tota strata ex iis solum conflata videantur. Heic quoque *Asteroidæ* numeri specierum perexigni primum accedunt. *Zoophyta* denique hujus regionis numero specierum ac multitudine nulli alii animalculorum classi cedunt. *Graptolithi* quidem rarius, *Bryozoa* et cet. crebrius occurunt, sed omnibus ceteris antecellunt venustæ et speciosissimæ illæ formæ, quas olim *Lithophyta* dixerunt, quorumque densissima strata ex Astrææ, Cyatophylli, Stromatoporæ, Calamoporæ, aliorumque generum speciebus, giganteæ sæpe

## IX

magnitudinis (seracissimum enim fuit tunc temporis mare), congesta, per integra stadia sese extendunt. Congeriem hancce per litora Gothlandiae contemplanti certe in mentem veniat strues illa coralliorum, quam nunc per insulas admiramur Indicas \*). Easdem ipsas coralliorum rupes, olim aestibus, qui eas genuit, oceani expositas, etiam nunc fluctibus objectas sub oculis habet, sed maris prorsus alieni et minime coralliferi.

Ex his jam allatis sine ulla dubitatione statuere possumus, formationem transitionis Scandinavieæ, cuius deposita opus multorum sæculorum jure censi debent, in multas, ni fallor in S, si fidem habeant reliquæ organicæ, æque bene circumscriptas abire regiones verticales, quoniam singulis singulæ sunt certæ et peculiares faunulæ. Quamvis obiter tantum, quomodo in nostra terra per singulas regiones distributæ sint Trilobitæ, ostenderimus, et quamvis nonnullæ nostræ zonæ ex. gr. Olenorum, Ceratopygarum, Asaphorum et Cryptonymorum aliis locis, ut in Bohemia\*\*) omnino desiderentur, aliae autem accedant, tamen cuique ordinem, quo genera Trilobitarum hujus terræ extiterint, accuratius attendenti luculenter appareat, miram quandam esse similitudinem et consensum formationum transitionis Bohemicæ et Scandinavicæ.

Quod hoc loco de Trilobitis dictum est, idem etiam, quantum comperimus, de ceteris animalium ordinibus valet. Differentias autem eujusque zonæ copiosius tractare et tabulis quibusdam, fasciculo operis tertio adjungendis, accuratius exponere nobis in animo est.

---

\*) LINN. Amœnit. Acad. Vol. I. p. 86.

\*\*) Bohemiam præsertim citavimus, cuius formatio transitionis studio diligentissimo atque opera cl. BARRANDEI, jam omnium optime cognita et disquisita sit.

### Addenda et Corrigenda.

- Pag. VI. lin. 21. *loco* Sphærometopus *lege*: Sphærocoryphe.  
" VII. " 3. " calaria *l.* calaria.  
" 4. " 19. " Eryx *l.* Elyx n. g. Fam. Arraphidæ?  
" 5. " 21. " Acontheus *l.* Aneucanthus n. g. Fam. Corynexochidæ.  
" 11. " 13. " — *l.* —  
" 10. " 17. " E) *l.* D—E).  
" 11. " 15. " E) *l.* D—E).  
" 13. " 2. " ante Remopleurides *pone*: Brachypleura n. Fam. Brachypleuridæ.  
" — " 16. " Remopleurides 6-lineatus *l.* Brachypleura 6-lineata.  
" 19. " 23. " Remopleurides 4-lineatus *l.* Brachypleura lineata.  
" 23. " 27. " post Celmus n. g. *scribe*: Fam. Goniopleuridæ.  
" 24. " 28. " rachis *l.* rachi.  
" 31. " 7. " Begr. *l.* Beyr.  
" 61. " 10. " Aulacopleuridæ *l.* Solenopleuridæ.  
" 68. " 26. " post remotis *adde*: (vel fronte utrinque snbbiloba?).  
" 70. " 10. " abdo- *l.* abdomine.  
" 72. " 16. " Dolichometopus n. g. *adde*: Fam. Corynexochidæ.  
" 89. " 10. " Edm. *l.* Esm.
-

# I. CRUSTACEA TRILOBA,

vulgo

## TRILOBITÆ

dicta.

---

### PARADOXIDES. BRONGN.

#### Olenus DALM.

*Corpus* elongatum, depresso, longitudinaliter trilobum, crusta irregulariter striolata, laevissima, vel alutacea.

*Caput* semilunare, margine undique incrassato, sulcoque intramarginali, ad angulos postico-exteriores in spinas validas, acuminatas, productum. Segmentum oculiferum distinctum: sutura facialis utrinque ab oculis extrorsum dueta, postice ad marginem basalem oblique decurrentis. Oculi ampli, depresso, semilunares. Frons antrorsum dilatata, marginem attingens.

*Thorax* segmentis numerosis (17—20), canaliculatis, apice elongatis, spiniformibus, retroflexis.

*Abdomen* parvum, margine destitutum, apicem versus dilatum: rachis costis 3—4.

T. I. f. 1—3.

#### Paradoxides Tessini. Brongn.

P. fronte sulcis transversis 2; abdome spathulato, mutico.

*Entomolithus paradoxus.* Linn. Mus. Tess. p. 98. t. III. f. 4.

*Entomostracites paradoxissimus.* Wahl. in Nov. Act. Soc. Ups. Vol. VIII. p. 34. t. I. f. 4.

*Paradoxides Tessini.* Brongn. Crust. foss. p. 31. t. IV. f. 4.

*Olenus Tessini.* Dalm. in Wet. Acad. Handl. 1826, p. 254. t. VI. f. 3. Hising. Leth. p. 43. t. IV. f. 4.

*Loc. nat.* In variis stratis regionis A), *Vestrogothia* in schisto aluminari e. gr. ad Olstorp, ad Gidaholm sec. Linné, et ad Carlsfors sec. Hising. et Dalm. *Oelandia*, in conglomerato calcareo ad Borgholm, et in strato arenaceo, schistoso, ad Ormöga.

T. I. f. 1. *Paradoxides Tessini*, magn. nat. f. 2: ejusdem caput a latere; f. 3: epistoma.

### T. II. f. 1—3.

#### **Paradoxides Forchhameri.** n. sp.

P. fronte sulcis 4: anterioribus 2 medio oblitteratis; abdomine spathulato, mutico.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andraram.

T. II. f. 1. *Paradoxides Forchhameri*, magn. nat.; f. 2: ejusdem caput a latere; f. 3: epistoma.

### T. III. f. 3.

#### **Paradoxides Loveni.** n. sp.

P. fronte utrinque lobis 4: pari antice extrorsum dilatato; abdomine transverso, 4-spinuloso.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andraram.

T. III. f. 1. *Paradoxides Loveni*, magn. nat.; f. 2: ejusdem caput a latere; f. 3: epistoma.

## CRYPTONYMUS. EICHW. Sil. Syst. p. 71.

*Corpus* obovatum, convexum, longitudinaliter trilobum, crusta levissima vel granulata.

*Caput* semilunare, cornigerum l. muticum; margine incrassato, sulcoque intramarginali; segmentum oculiferum distinctum: sutura facialis postice ab oculo extrorsum ad marginem lateralem decurrens, antice prominentiam frontalem arete circumscribens. *Oculi* parvi, subglobosi, minute reticulati pedicellisque immobilebus suffulti. *Frons* antrorsum dilatata, limbum attingens.

*Thorax* segmentis circiter 11 angustis, sulco longitudinali destitutis, apicem versus retroflexis.

*Abdomen* capite multo augustius, immarginatum: latera utrinque costis distinctis, marginem superantibus: rachis conica, crebre transversim striata.

## T. IV. f. 1—3.

**Cryptonymus bellatulus.** Dalm.

C. fronte utrinque lobis 3; abdomine subrectangulari, lœvi: lateribus 4-costatis.

*Calymene bellatula.* Dalm. I. c. p. 228. t. I. f. 4. a—d.

Hising. I. c. p. 44, t. I. f. 5. a—b.

Lovén in Wet. Acad. Förhandl. 1845, p. 441. t. II. f. 3. a—c.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiaæ* ad Husbyfjöl et ad Omberg; *Oelandiaæ* ad Bödahamn.

T. IV. f. 1. *Cryptonymus bellatulus*, magn. nat. f. 2; idem convolutus a latere. F. 3: ejusd. abdomen.

## T. IV. f. 4—8.

**Cryptonymus punctatus.** Wahl.

(nec Brünn, nec Steinig, nec Mureh.)

C. fronte integerrima; abdomine triangulari, acuminato, trifarium longitudinaliter verrucoso, costis lateralibus 8.

Wahl. I. c. p. 32. t. II. f. 1. (exclus. sig. capitis, quæ ad *Calymen. Blumenbachii* pertinet; exclus. etiam Brünn. h. I. citato \*).

*Calymene variolaris*, Brongn. I. c. pag. 44. t. I. f. 3. A, C. (exclus. f. B.)

*Calymene punctata*, Dalm. I. c. p. 233. t. II. f. 2. a, b.

Hising. I. c. p. 12. t. I. f. 9.

*Enocrinurus Stockesii*, M'Coy. Synops. p. 46. t. IV. f. 45?

*Loc. nat.* In stratis regionis E), *Gottlandiaæ* ubique. *Scaniaæ* in saxis arenaceis ad Ringsjö.

T. IV. f. 4. *Cryptonymus punctatus* magn. nat. a) verrueæ capitis, b) abdominalis, c) rachis; f. 5 abdomen subtus visum; figg. omnes magn. auct. f. 6 ejusd. caput antice visum; b) epistoma magn. nat.; f. 7 segmentum oculiferum a latere, magn. nat.

## T. IV. f. 9.

**Cryptonymus obtusus.** n. sp.

C. . . . . abdomine obtuso: rachi obsoletius granulata: lateribus lœvisimis, costis utrinque 10.

\*) Citatum Wahlenbergii: Brünn. in Kjöbenhavns Selsk. Skrft. Nye Saml. p. 394 n:o 5? *Trilobites punctatus* e Bohemia, ad *Phacopem Hausmanni*, Auctorum, secundum specimina typica, in museo mineralogico Hafniensi asservata, certissime spectat.

*Loc. nat.* In stratis regionis E), *Gottlandiæ* ad Katthammarsvik.

T. IV. f. 9. *Cryptonymus obtusus* (fragm. thoracis cum abdomine), magn. mat.

T. IV. f. 10.

***Cryptonymus laevis.*** n. sp.

C. fronte subintegra, abdomine laevissimo, triangulari, acuminato, costis utrinque 8.

*Loc. nat.* In stratis regionis E), *Gottlandiæ* ex. gr. ad Höglint prope Wisby.

T. IV. f. 10. *Cryptonymus laevis*, magn. nat.

T. V. f. 1.

***Cryptonymus verrucosus.*** Dalm.

C. verrucosus, fronte lobis utrinque 3; abdomine costis utrinque 4.

*Calymene verrucosa* Dalm. in Wet. Acad. Årsb. 1828 p. 434. Ilising. l. c. p. 44.

Lövén l. c. 1845. p. 52. t. I. f. 5 a—f. et *Cybele verrucosa* l. c. p. 444.

*Loc. nat.* In stratis margaeis regionis D), *Vestrogothiæ* ad Bestorp, in monte Mösseberg.

T. V. f. 1. *Cryptonymus verrucosus*, magn. nat.

**E R Y X. n. g.**

*Corpus obovatum? . . . . . crusta strigosa, alutacea, vel parce granulosa.*

*Caput* transversum, anguste marginatum, sulcoque intramarginali; *Sutura facialis* nondum nota. *Oculi nulli.* *Frons* distincta, breviuscula, perangusta, antrorsum attenuata, sulcum marginalem haud attingens.

*Thorax* . . . . .

*Abdomen* capite minus, breve, transversum, vix marginatum, apice rotundatum: rachis distincta: latera aequabilia, costis omnino destituta.

T. V. f. 2, 3.

***Eryx laticeps.*** n. sp.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis B), *Scaniae* ad Andraru.

T. V. f. 2. *Eryx laticeps*, caput; f. 3: ejusd. abdomen magn. nat.

## ACONTHEUS. n. g.

*Corpus . . . . crusta laevissima, irregulariter striolata.*

*Caput semilunare, anguste marginatum, sulcoque intramarginali; anguli postico-exteriores acuti; sutura facialis ignota. Oculi nulli. Frons antrorum dilatata, marginem attingens.*

*Thorax . . . . .*

*Abdomen rotundatum, immarginatum: rachis distincta: costæ laterales, depressæ, marginem attingunt.*

T. V. f. 4.

### Acontheus acutangulus. n. sp.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis B), Scaniae ad Andraram.

T. V. f. 4. *Acontheus acutangulus*, caput; f. 5 idem a latere.

## AGNOSTUS. BRONGN.

### Battus. DALM.

*Corpus ovale, trilobum, crusta impresso-punctata, laevissima vel granulata.*

*Caput subovale 1. subrotundum, tenuiter marginatum, rarius margine destitutum. Frons aut distincta, antrorum angustata, ante marginem evanescens, aut sulco limitante omnino destituta. Sutura facialis latet. Oculi nulli.*

*Thorax e segmentis 2 canaliculatis constituitur: rachis distincta, sat lata.*

*Abdomen capiti æquale, anguste marginatum, integerrimum vel dentieulis armatum: rachis aut distincta, aut indeterminata: pleuræ æquabiles costisque omnino destitutæ.*

T. VI. f. 1.

### Agnostus glandiformis. n. sp.

*A. clypeis laevissimis, æquabilibus, capite immarginato; abdome puncto elevato sub-basali.*

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis B), ad Andrarum *Scaniæ*.

T. VI. f. 1. *Agnostus glandiformis*, magn. nat.

#### T. VI. f. 2.

##### ***Agnostus bituberculatus.*** n. sp.

A. clypeis lævissimis, æquabilibus, marginatis, integerrimis; capite basi bituberculato; abdomine lineola longitudinali elevata.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. VI. f. 2. *Agnostus bituberculatus*, magn. auct.

#### T. VI. f. 3.

##### ***Agnostus lœvigatus.*** Dalm.

A. clypeis lævissimis, integerrimis, fronte rachique abdominali apice evanescentibus.

*Battus lœvigatus.* Hising l. c. p. 30. t. IV. f. 7. Dalm. in Wet. Acad. Årsber. 1828 p. 136.

*Loc. nat.* In stratis schisti aluminaris regionis A), *Vestrogothiaæ* ad Hönsäter, Gudhem, Kaflås etc.

T. VI. f. 3. *Agnostus lœvigatus* (specimen adultum), magn. auct.

#### T. VI. f. 4.

##### ***Agnostus brevifrons.*** n. sp.

A. clypeis lævissimis, integerrimis; fronte perbrevi, integerrima; rachi abdominalis puncto elevato.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. VI. f. 4. *Agnostus brevifrons*, magn. auct.

#### T. VI. f. 5.

##### ***Agnostus glabratus.*** n. sp.

A. clypeis lævissimis; fronte brevi, integerrima; abdomine bidenticulato: rachi utrinque biloba.

*Loc. nat.* In schisto margaceo variegato regionis D), *Vestrogothiaæ* ad Bestorp in monte Mösseberg.

T. VI. f. 5. *Agnostus glabratus* magn. auct.

## T. VI f. 6.

***Agnostus lentiformis.*** n. sp.

A. clypeis fronteque laevissimis, integerrimis; rachi abdominis obsolete biloba.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), ad Fågelsång *Scaniae*.

T. VI. f. 6. *Agnostus lentiformis*, magn. auct.

## T. VI. f. 7.

***Agnostus pisiformis.*** Linn.

A. clypeis laevissimis, fronte linea infra-apicali transverse impressa; abdome bi-denticulato, rachi sub-biloba.

*Insect. vaginipenn.* Brom. in Act. litt. Upsal. 1729, p. 526. cum icone.

*Entomolitus paradoxus γ pisiformis.* Linn. Iter Scan. p. 422. Syst. nat. ed. XVI. Vol III. p. 460.

*Cassida?* Modéer in Schrift. naturf. freund. zu Berlin t. VI. p. 248. T. II. f. 1, 2.

*Entomostracites pisiformis.* Wahl. I. c. p. 42. t. I. f. 5.

*Battus pisiformis,* Dalm. in Wet. Acad. handl. 1826 p. 258. t. VI. f. 5 a—d. Hising. I. c. p. 49. t. IV f. 5, 6.

*Loc. nat.* In stratis schisti aluminaris regionis A), totius *Sueciae*.

T. VI. f. 7. *Agnostus pisiformis*, magn. auct.

## T. VI. f. 8.

***Agnostus exsculptus.*** n. sp.

A. clypeis laevissimis, integerrimis, lineis radiantibus exsculptis; fronte integerrima; rachi abdominis 3-loba.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis B), *Scaniae* ad Andraram.

T. VI. f. 8. *Agnostus exsculptus*, magn. auct.

## T. VI. f. 9.

***Agnostus planicauda.*** n. sp.

A. clypeis laevissimis, fronte linea infra-apicali transverse impressa; abdome bidenticulato, rachi 2-loba.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis B), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. VI. f. 9. *Agnostus planicauda*, magn. auct.

**T. VI. f. 10.**

***Agnostus reticulatus.* n. sp.**

A. clypeis lœvissimis, reticulatis; fronte utrinque 3-loba; rachi abdominis biloba.

*Loc. nat.* In stratis schisti aluminaris regionis A), *Scaniæ* ad Andrarum.

T. VI. f. 10. *Agnostus reticulatus*, magn. auct.

**T. VI. f. 11.**

***Agnostus punctuosus.* n. sp.**

A. clypeis minute granulatis, integerrimis; fronte linea 1 rachique abdominis lineis 2 transverse impressis.

*Loc. nat.* In saxis dispersis calcis bituminosæ, ad Andrarum *Scaniæ*.

T. VI. f. 11. *Agnostus punctuosus*, magn. auct.

**T. VI. f. 12.**

***Agnostus aculeatus.* n. sp.**

A. clypeis granulosis integerrinis, fronte 3-loba; rachi abdominis 2-loba aculeoque armata.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis B), ad Andrarum *Scaniæ*.

T. VI. f. 12. *Agnostus aculeatus*, magn. auct.

**PHACOPS. EMM.**

*Corpus* obovatum, lœve, alutaceum vel granulatum, longitudinaliter trilobum.

*Caput* semilunare, undique marginatum, sulcoque intramarginali, cornigerum l. muticum. Segmentum oculiferum distinctum; sutura facialis antice ab oculis prominentiam frontalem arce circumscribens, postice ad marginem lateralem decurrens. Oculi elevati subconici, grandius reticulati,

apice truncati, loboque rotundato supratecti. Frons antrorum dilatata, marginem attingens.

*Thorax* segmentis 11, longitudinaliter sulcatis.

*Abdomen* aut marginatum, aut margine destitutum, apicem versus angustatum, rachi pleurisque costis distinctis.

T. VII. f. 1, 2.

**Phacops bucculenta.** Sjögr. n. sp.

Ph. cornigera, fronte levi, inaequaliter biloba; abdomine acuto, immarginato; costis simplicibus circiter 14.

*Loc. nat.* In saxis dispersis calcareis *Oelandiæ* circa Eriesöre, ubi invenit mecumque communicavit cl. S. Sjögren.

T. VII. f. 1: *Phacops bucculenta*, magn. nat. f. 2: ejusd. caput a latere.

T. VII. f. 3, 4.

**Phacops macroura.** Sjögr. n. sp.

Ph. cornigera, fronte granulata, inaequaliter 2-loba; abdomine acuto, marginato: costis simplicibus circiter 18.

*Loc. nat.* In saxis dispersis calcareis *Oelandiæ* circa Segerstad, unde specimina dedit cl. S. Sjögren. *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. VII. f. 3: *Phacops macroura*, magn. nat. f. 4: caput ejusd. a latere.

T. VII. f. 5, 6.

**Phacops conicophthalma.** S—s & B—k.

Ph. cornigera, fronte inaequaliter 2-loba; abdomine rotundato, costis utrinque circiter 12, dichotomis.

*Calymene sclerops* var. Dalm. p. 193. t. II. f. I. d.

*Trilobites conicophthalmus*. Boeck. Gaea Norveg. p. 139.

*Loc. nat.* in stratis calcareis regionis C), *Oelandiæ* ad Böda; *Vestrogothiæ* in monte Gis- seberg; etiam *Scaniæ* in saxis dispersis circa Grönby.

T. VII. f. 5: *Phacops conicophthalma*, magn. nat. f. 5: ejusd. caput a latere.

## T. VII. f. 7, 8.

**Phacops tumida.** n. sp.

*Ph. cornigera*, fronte ultra marginem protuberante, inaequaliter 2-loba; abdomen . . . . .

*Loc. nat.* In saxis dispersis *Scaniae* circa Tingaröd.

T. VII. f. 7: *Phacops tumida*, fragment. thoracis cum abdomen, magn. nat. f. 8: caput ejusd. a latere.

## T. VIII. f. 1.

**Phacops mucronata.** Brongn.

*Ph. cornigera*, caudata, laevis; fronte plicis 3 crescentibus; abdomen immarginato, costis 9 dichotomis.

*Entomolithus.* Linn. Iter Vestrog. p. 88, cum fig.

*Entomostracites caudatus.* Wahl. I. c. p. 28, t. II. f. 2.

*Asaphus mucronatus.* Brongn. I. c. p. 24, t. III. f. 9. Dalm. I. c. p. 236, t. II. f. 3. a, b. Hising. I. c. p. 43. t. II. f. 4. a, b.

*Loc. nat.* In stratis argillaceis regionis E), *Vestrogothia* in montibus Ålleberg et Mösseberg alibique; etiam *Ostrogothia* ad Borenschult et ad Husbyfjöl sec. Dalman.

T. VIII. f. 1: *Phacops mucronata*, magn. nat.

## T. VIII. f. 2. a, b, c.

**Phacops caudata.** Brünn. nec. Wahl.

*Ph. cornigera*, caudata, granulata; fronte plicis 3 crescentibus; abdomen marginato, costis 9 dichotomis.

*Trilobus caudatus.* Brünn. I. c. p. 302 (cum icona capitis et abdominis).

*Asaphus caudatus.* Dalm. I. c. p. 236, t. II. f. 4. Hising. I. c. p. 43. t. II. f. 2.

*Loc. nat.* In stratis regionis E), *Gottlandiae*.

T. VIII. f. 2. a: *Phacops caudata*, magn. nat. f. 2. b: caput ejusdem a latere f. 2. c: epistoma.

## T. VIII. f. 3.

**Phacops imbricatula.** n. sp.

*Ph. caudata*, . . . . . abdomen laevi, marginato, costis utrinque 10 dichotomis, subimbricatis.

## II

*Loc. nat.* In stratis regionis E), *Gottlandiæ*.

T. VIII. f. 3: *Phacops imbricatula*, (fragmentum thoracis cum abdomine), magn. nat.

### T. VIII. f. 4.

#### **Phacops æquicostata.** n. sp.

Ph. . . . . abdomen obtuso, laevi, immarginato: costis utrinque circiter 8, planis, dichotomis.

*Loc. nat.* In stratis regionis E), *Gottlandiæ*.

T. VIII. f. 4: *Phacops æquicostata*. (abdomen), magn. nat.

### T. IX. f. 1.

#### **Phacops eucentra.** n. sp.

Ph. cornigera, caudata, laevis; fronte protuberante 3-loba; abdomen marginato, costis 9 dichotomis.

*Loc. nat.* In stratis schistosis regionis E), *Scaniæ* ad Röstånga.

T. IX. f. 1: *Phacops eucentra*, magn. nat.

### T. IX. f. 2.

#### **Phacops sclerops.** Dalm.

Ph. fronte lobis utrinque 3 subæqualibus; abdomen rotundato, costis lateralibus simplicibus circiter 7.

*Calymene sclerops.* Dalm. I. c. p. 222. t. II. f. 4. a—c, e—g. (exclus. fig. d).

Hising. p. II. t. I. f. a, b.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Dalecarlia* ad Furudal, sec. Hisinger. *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl, Skarpåsen, Ljung etc. *Vestrogothiæ* ad Warnhem. *Smoldaniæ* ad Humle-näs. *Oelandiæ* ad Resmo etc. *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. IX. f. 2: *Phacops sclerops*, magn. nat.; f. 2: b, ejusdem caput a latere.

### T. IX. f. 3.

#### **Phacops granulosa.** n. sp.

Ph. capite dense granuloso; fronte lobis utrinque 3, parum crescentibus.

*Loc. nat.* In saxis schistosis dispersis *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. IX. f. 3: *Phacops granulosa* (fragmentum capitis), magn. nat.

## T. IX. f. 4. a.

**Phacops breviceps.** n. sp.

Ph. fronte lobis utrinque 3, valde crescentibus; abdomine rotundato: costis simplicibus, circiter 6.

*Loc. nat.* In stratis margaceis schistosis regionis E), *Scaniae* ad Ringsjö; etiam in stratis arenaceis ejusdem regionis, *Gottlandiae*.

T. IX. f. 4: *Phacops breviceps*, f. 4 a: ejusdem caput a latere, magn. nat.

## T. IX. f. 5. a—c.

**Phacops 4-lineata.** n. sp.

Ph. lineis transversis 3: anterioribus medio oblitteratis; abdomine rotundato, costis obsoletis, utrinque 5.

*Loc. nat.* In stratis regionis E), *Gottlandiae*.

T. IX. f. 5: *Phacops 4-lineata*, f. 5 a: ejusdem caput a latere; f. 5 b: idem subtus visum; f. 5. c: epistoma.

**POLYTOMURUS. CORDA & HAWL.****Dione. BARR.**

*Corpus* obovalum, trilobum, crusta lœvi l. elevato-punctata.

*Caput* semilunare, marginatum, cornigerum, oculis suturaque faciali destitutum. *Fronte* subquadrata.

*Thorax* segmentis 6 longitudinaliter sulcatis, apice obtusis.

*Abdomen* capite majus, vix marginatum, rachi pleurisque multisegmentatis.

**Polytomurus euglyptus.** n. sp.

*Loc. nat.* In stratis margaceis schistosis regionis D), *Vestrogothia* ad Bestorp, in monte Mösseberg.

T. IX. f. 6: *Polytomurus euglyptus*, magn. nat.

## REMOPLEURIDES. PORTL.

*Corpus* obovatum, trilobum, crusta lœvissima, eleganter striolata l. alutacea.

*Caput* subrotundatum, immarginatum, cornigerum. Oculi amplissimi, depresso, reticulati, loboque tenui superne instructi; sutura facialis postice ab oculis brevissima, marginem basalem intus flexa attingens, antice frontem arete circumscribens, apice in acumen lineare producta. Frons transversim ovalis, subplana, haud elevata.

*Thorax* segmentis (11—13) latiusculis; rachis lata; segmenta pleurarum obsolete canaliculata, apice acuta.

*Abdomen* parvum, laciniatum, margine omnino destitutum.

T. IX. f. 7. a.

### **Remopleurides 6-lineatus. n. sp.**

R. fronte lineis impressis, abbreviatis, utrinque 3.

*Loc. nat.* In saxis calcareis dispersis ad montem Kinnekulle, *Vestrogothia*.

T. IX. f. 7: *Remopleurides 6-lineatus*, caput (exclusis figuris abdominis pygidialiisque, errore sculptoris huc relatis, minime vero huc pertinentibus), magn. nat. f. 7. a: idem a latere.

T. IX. f. 8.

### **Remopleurides 4-lineatus. n. sp.**

R. fronte lineis impressis, abbreviatis, utrinque 2.

*Loc. nat.* In stratis margaceis schistosis regionis D), *Vestrogothia* e. gr. ad Bestorp in monte Mösseberg.

T. IX. f. 8: *Remopleurides 4-lineatus*, (caput cum fragment. thoracis), magn. nat.

## NIOBE. n. g.

*Corpus* latiusculum, ovale, trilobum, crusta lœvissima l. striolata et impresso-punctata.

*Caput* sat magnum, semilunatum, late impresso-marginatum, cornigerum

I. muticum. Oculi modici, semilunares, reticulati, supra lobo rotundato tecti: Sutura facialis postice ab oculo ad marginem basis decurrens, antice subampliato-rotundata, prominentiam frontalem circumscribens. Frons humilis, antrorsum vix latior, apice rotundata, marginem haud attingens.

*Thorax* segmentis 8, latis, longitudinaliter sulcatis, apice rotundatis.

*Abdomen* capiti subæquale, margine lato, depresso; rachis crassiuscula, conica, marginem haud attingens; pleuræ costis destinatis, latis, aut plane nullis.

#### T. X.

##### **Niobe lata.** n. sp.

N. cornigera, costis abdominalibus marginem haud attingentibus, utrinque 7.

*Loc. nat.* In stratis margaceis schistosis regionis D), *Vestrogothiæ* ad Bestorp in monte Mösseberg.

T. X. *Niobe lata*, magn. nat.

#### T. XI. f. 1. a.

##### **Niobe laeviceps.** Dalm.

N. abdomine pleuris æquilibus costisque omnino destitutis.

*Asaphus laeviceps.* Dalm. I. c. p. 243. t. IV. f. 4. a—d. Hising. I. c. p. 45. t. II. f. 8. a, b.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiæ* e. gr. ad Husbyfjöl, Heda etc. *Oelandiæ* ad Resmo.

T. XI. f. 1: *Niobe laeviceps*, magn. nat. f. 1. a: ejusd. caput a latere.

#### T. XI. f. 2. a, b. et T. XII. f. 1.

##### **Niobe frontalis.** Dalm.

N. fronte apice rotundato, costis abdominalibus marginem haud attin-gentibus, utrinque 6.

*Asaphus frontalis.* Dalm. I. c. p. 242. Hising. I. c. p. 45.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiæ* e. gr. ad Husbyfjöl, Ljung, Heda etc. *Oelandiæ* ad Resmo etc. *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XI. f. 2: *Niobe frontalis*, magn. nat. f. 2. a: ejusdem caput a latere; f. 2. b: epistoma.  
T. XII. f. 1: pars testæ, magn. auct.

### T. XI. f. 3.

#### **Niobe emarginula.** n. sp.

N. fronte utrinque 4-foveolata, apice emarginata; abdomine costis 6, marginem haud attingentibus.

An mera varietas præcedentis?

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Vestrogothiaæ* ad Olstorp.

T. XI. f. 3: *Niobe emarginula*, magn. nat.

### T. XI. f. 4. et T. XII. f. 2. a.

#### **Niobe explanata.** n. sp.

N. abdomine obsolete marginato, costis utrinque 6, marginem attin-  
gentibus.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XI. f. 4: *Niobe explanata*, abdomen, magn. nat. T. XII. f. 2: caput ejusdem? magn. nat.  
f. 2. a: pars testæ capitis, magn. auct.

## MEGALASPIS. n. g.

*Corpus* ellipticum, longitudinaliter trilobum, crusta lævi.

*Caput* magnum, semiellipticum, cornigerum, marginatum: margo subtus canaliculatus, supra plerumque planus. Oculi mediocres, semicylindrici, mi-  
nute reticulati, modice distantes, supra laciinis rotundatis, depressis tecti. Sutura facialis postice ab oculo brevis, ad marginem basis decurrens, ante frontem late circumscribens, apice acuminata. Frons oblongo-ovata,  
marginem haud attingens.

*Thorax* segmentis 8, angustis, longitudinaliter sulcatis, apice rotundatis.

*Abdomen* capiti æquale, margine, ut in capite, subtus canaliculato, supra  
plano I. canaliculato; rachis conico-cylindracea, multisegmentata, marginem

haud attingens; Pleuræ in speciminiibus decorticatis, costis numerosis, angustis, distinete dichotomis l. apice solum bifidis.

#### T. XII. f. 3.

##### **Megalaspis Gigas.** n. sp.

M. abdomine semielliptico, costis rachis circiter 27: lateralibus 15, angustis, dichotomis, interstitiis profundis.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Oelandia* e. gr. ad Segerstad etc.

T. XII. f. 3: *Megataspis Gigas*, abdomen, magn. nat.

#### T. XIII.

##### **Megalaspis Heros.** Dalm.

M. abdomine trianguli, caudato, costis rachis circiter 18: lateralibus 12, dichotomis, interstitiis profundis.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Vestrogothia* e. gr. ad Österplana etc. *Ostrogothia* ad Husbyfjöl etc.

T. XIII. *Megalaspis Heros*, magn. nat.

#### T. XIV. f. 1, 3.

##### **Megalaspis latilimbata.** n. sp.

M. cornigera, clypeis majoribus, semiellipticis, latissime marginatis; abdomine costis lateralibus dichotomis, interstitiis profundis.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Oelandia* ad Sandvik etc.

T. XIV. f. 1: *Megataspis latilimbata*, caput, magn. nat.; f. 3: pars abdominalis, magn. nat.

#### T. XIV. f. 2.

##### **Megalaspis multiradiata.** n. sp.

M. abdomine semielliptico, costis obsoletissimis, rachis circiter 24, simplicibus: lateralibus utrinque 13, duplicatis.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothia* ad Ljung etc.

T. XIV. f. 2: *Megataspis multiradiata*, abdomen magn. nat.

## T. XV. f. 1. a.

**Megalaspis extenuata.** Wahl.

M. abdomine semielliptico, margine subcanaliculato, costis rachis 17, lateralibus 11, obsoletissimis, dichotomis.

*Entomostracites extenuatus.* Wahl. l. c. p. 295. t. VII. f. 4.

*Asaphus extenuatus.* Dalm. l. c. p. 237. t. II. f. 5. Hising. p. 43. t. II. f. 3.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Ostrogothiaæ* e. gr. ad Husbyfjöl, Heda, Ljung, Berg etc. *Smoldaniæ* ad Humlenäs. *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XV. f. 1: *Megalaspis extenuata*, Wahl. magn. nat. f. 1. abdomeu ejusdem, specimen decorticatum, magn. nat.

## T. XV. f. 2.

**Megalaspis rotundata.** n. sp.

M. abdomine semicirculum excedente, late marginato, apice rotundato, costis rachis 25, lateralibus 13 dichotomis.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Vestrogothiaæ* in monte Kinnekulle.

T. XV. f. 2: *Megalaspis rotundata*, abdomen, magn. nat.

## T. XV. f. 3.

**Megalaspis explanata.** n. sp.

M. abdomine semicirculum excedente, obtuso, costis rachis 19, lateralibus 12 obsoletis, dichotomis.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C), *Vestrogothiaæ* in monte Kinnekulle.

T. XV. f. 3. *Megalaspis explanata*, abdomen, magn. nat.

## T. XVI. f. 1.

**Megalaspis stenorachis.** n. sp.

M. abdomine semicirculum subegrediente, margine angusto, canaliculato, costis utrinque circiter 8, duplicatis.

Loc. nat. In stratis calcareis regionis C) *Ostrogothiaæ* ad Husbyfjöl.

T. XVI. f. 1: *Megalaspis stenorachis*, fragm. thoracis cum abdome, magn. nat.

## T. XVI. f. 2. a.

**Megalaspis planilimbata.** n. sp.

**M.** abdomine fere semicirculari, costis dichotomis, utrinque circiter 7.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Vestrogothiaæ* ad Olstorp.

T. XVI. f. 2: *Megalaspis planilimbata*, magn. nat.; f. 2. a: epistoma.

## T. XVI. f. 3.

**Megalaspis limbata.** S—s & B—k.

**M.** abdomine semicirculum sub-excedente, costis utrinque 7 dichotomis, rachis 14-segmentata.

*Loc. nat.* In stratis calcareis regionis C), *Scaniæ* e. gr. ad Fågelsång etc. *Vestrogothiaæ* in monte Kinnekulle. *Oelandiaæ* fere ubique.

T. XVI. f. 3: *Megalaspis limbata*, abdomen, magn. nat. f. 3. a: idem subtus visum.

**NILEUS. DALM.**

*Corpus* oblongato-ovale, æquabile vel distinete trilobum, crusta impresso-punctata, lævi l. irregulariter striolata.

*Caput* subreniforme, immarginatum, angulis rotundatis. Sutura facialis postice ab oculis brevissima, oblique ad marginem basis decurrens, antice frontem arete circumscribens. Oculi permagni, semiorbiculares, reticulati, laterales, lobo semicirculari, depresso supractecti. Frons latiuscula, antrorum dilatata.

*Thorax* trilobus vel sulcis longitudinalibus ordinariis omnino destitutus, segmentis 8, canaliculatis, apice rotundatis.

*Abdomen* capite minus, rotundatum, æquabile, rachi obsoleta.

## T. XVI. f. 4. a—b.

*Thorax* segmentis 12 longitudinaliter sulcatis, apice elongatis, spiniformibus, retroflexis; rachis distincta, pleuris angustior.

*Abdomen* capite minus, immarginatum, margine spinosum; rachis distincta, marginem subattingens. Costæ laterales distinctæ, dichotomæ.

## T. XXV. f. 9.

**Parabolina spinulosa.** WAHL.*Entomolithus.* LINN. l. c. t. I. f. 4.*Entomostracites spinulosus.* WAHL. l. c. p. 58. t. I. f. 5.*Olenus spinulosus.* DALM. l. c. p. 256. HIS. l. c. p. 49. t. IV. f. 2.*Loc. nat.* In stratis regionis A) *Vestrogothiae* in monte Hunneberg, ad Gudhem etc. *Scaniae* ad Andrarum.T. XXV. f. 9. *Parabolina spinulosa*, magn. nat. (cfr T. XXVII. f. 3. ejusd. epistoma).**ACEROCARE. n. g.**

Fam. Leptoplastidæ.

*Corpus* ovato-oblongum, distincte longitudinaliter trilobum; crusta lævis vel aciculata.

*Caput* breve, subreniforme, undique marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores rotundati, mutici. *Oculi* minuti, papilliformes, distincte reticulati loboque orbitali parvo prædicti, valde approximati, subapicales. *Sutura* *facialis* postice ab oculis ad marginem baseos, antice ad marginem apicalem producta. *Frons* distincta, ovata, ante sulcum apicalem desinens. *Costula* *facialis* nulla.

*Thorax* segmentis 12 canaliculatis, apice obtusis; *rachis* distincta, pleuris angustior.

*Abdomen* semicirculum subegrediens, submarginatum, margine integerimum; *rachis* elongatula, marginem scuti apicalem subattingens; *costæ* laterales distinctæ.

## T. XXV. f. 10.

**Acerocare ecorne.** n. sp.*Loc. nat.* In stratis regionis A) *Scaniae* ad Sandby.T. XXV. f. 10 *Acerocare ecorne*, magn. nat.**LEPTOPLASTUS. n. g.**

Fam. Leptoplastidæ.

*Corpus* oblongum vel ovatum, distincte longitudinaliter trilobum, crusta lævissima præditum.

*Caput* semilunare, undique anguste marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores spinis brevibus armati. *Oculi* modici, semilunares, distantes, centrales, lobo orbitali prædicti. *Costæ faciales* obliquæ. *Frons* breviuscula, ovata, sulcum marginalem haud attingens.

*Thorax* segmentis 11—12, longitudinaliter sulcatis, apice acuminatis.

*Abdomen* parvum, margine armatum vel muticum; rachis distincta, marginem subattingens.

#### T. XXVI. f. 1.

##### **Leptoplastus stenotus.** n. sp.

L. thorace lævi, segmentis 11; abdomine semicirculari, margine integrerrimo.

*Loc. nat.* In stratis regionis A) Scanie ad Andraram.

T. XXVI. f. 1. *Leptoplastus stenotus*, magn. nat.

#### T. XXVI. f. 2.

##### **Leptoplastus raphidophorus.** n. sp.

L. thorace segmentis 12, rachi serie aculeorum, penultimo longissimo; abdomine utrinque 3-dentato.

*Loc. nat.* Cum præcedente.

T. XXVI. f. 2. *Leptoplastus raphidophorus*, magn. nat.

•

#### T. XXVI. f. 2.

##### **Leptoplastus ovatus.** n. sp.

L. thorace segmentis 12, rachi serie aculeorum, postice evanescentium; abdomine utrinque 3-dentato.

*Loc. nat.* Cum præcedentibus.

T. XXVI. f. 3. *Leptoplastus ovatus*, magn. nat.

#### **EURYCARE.** n. g.

##### Fam. **Leptoplastidæ.**

*Corpus* ovatum, trilobum, crusta lævissima.

*Caput* breve, transversum, undique marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores in spinas longissimas, arcuatas, divaricatas elongati. Oculi modici, semilunares, remoti, laterales, lobo orbitali prædicti. Frons breviuscula, angusta, subovata, utrinque biloba; costulæ faciales obliquæ.

*Thorax* segmentis 12—15 longitudinaliter sulcatis, apice acuminatis.

*Abdomen* minutum, margine dentatum; rachis crassiuscula, marginem subattingens.

#### T. XXVI. f. 4.

##### **EuryCare brevicauda.** n. sp.

E. thorace segmentis 15 lævibus, abdomine perbrevi, rotundato-triangulari, utrinque 3-dentato.

*Loc. nat.* Cum præcedentibus.

T. XXVI. f. 4. *EuryCare brevicauda*, magn. nat.

#### T. XXVI. f. 5.

##### **EuryCare angustatum.** n. sp.

E. thorace segmentis 12 lævibus, abdomine triangulari, utrinque 3-dentato.

*Loc. nat.* Cum præcedentibus.

T. XXVI. f. 5. *EuryCare angustatum*, magn. nat.

#### T. XXVI. f. 6.

##### **EuryCare latum.** BOECK.

E. thorace . . . . . abdomine triangulari, utrinque 4-dentato.

*Trilobites latus.* BOECK l. c. p. 145.

*Loc. nat.* In stratis regionis A) *Vestrogothiaæ* ex. gr. ad Carlsfors, et in monte Hunneberg; in *Scania* ad Andraruæ. In *Norvegia*.

T. XXVI. f. 6. *EuryCare latum*, magn. nat.

#### T. XXVI. f. 8.

##### **EuryCare camuricorne.** n. sp.

E. . . . . abdomine transverso, triangulari, utrinque 3-dentato.

*Loc. nat.* In stratis regionis A) *Scaniaæ* ad Andraruæ.

T. XXVI. f. 8. *EuryCare camuricorne*, magn. nat.

## SPHÆROPHTHALMUS. n. g.

Fam. Leptoplastidæ.

*Corpus latum, ovatum, trilobum, crusta lœvi tectum.*

*Caput præ breve, transversum, undique marginatum sulcoque intramar-marginali; anguli exteriores in spinas longissimas, divaricatas producti. Oculi sphærici, distincte reticulati, remoti, sublatales, lobo orbitali nullo. Frons angusta, elevata, fere cylindracea, utrinque lobata. Costulæ faciales obliquæ.*

*Thorax segmentis 7—9, longitudinaliter sulcatis, apice in spinas longissimas, retroflexas productis.*

*Abdomen parvum, triangulare; rachis distincta, marginem attingens.*

### T. XXVI. f. 7.

#### *Sphærophthalmus flagellifer.* n. sp.

*S. fronte subovata; thorace lœvi? segmentis 7; abdomine aculeo sub-apicali longissimo.*

*Loc. nat.* Cum præcedente.

T. XXVI. f. 7. *Sphærophthalmus flagellifer*, magn. auct.

### T. XXVI. f. 9.

#### *Sphærophthalmus alatus.* BOECK.

*S. fronte subæquali, apice depressiuscula; thorace segmentis 9; rachi serie aculeorum longitudinali.*

LINN. Iter Elandicum.

*Trilobites alatus.* BOECK l. c. p. 145.

*Loc. nat.* In stratis regionis A) *Vestrogothie* ex. gr. ad Klefva, Hönsäter, in monte Hal-leberg, etc. *Elandia* ad Algutrum; *Scania* ad Andraram. In *Norvegia* ad Opslo.

T. XXVI. f. 9. *Sphærophthalmus alatus*, magn. nat.

### T. XXVI. f. 10.

#### *Sphærophthalmus teretifrons.* n. sp.

*S. . . . . fronte cylindracea, apice tumida.*

*Loc. nat.* In stratis regionis A) *Scania* ad Andraram.

T. XXVI. f. 10. *Sphærophthalmus teretifrons*, magn. nat.

## ANOPOCARE. n. g.

Fam. Leptoplastidæ.

*Corpus . . . . . longitudinaliter trilobum, crusta subtilissime alutacea.*

*Caput* subovale, antice immarginatum, postice margine basali distincto, sulcoque intramarginali; anguli exteriores spinis subuliformibus armati. Oculi nulli. Sutura facialis nulla. Costæ faciales suboblique ad marginem lateralem decurrentes. Frons lata, sere cylindracea vel antice parum angustior, sulcis transversis impressa.

*Thorax . . . . .*

*Abdomen* subtriangulare, immarginatum, integerrimum, costis lateralibus obsoletis; rachis distincta, marginem attingens.

### T. XXVII. f. 1 & 2.

**Anopocare pusillum.**

*Loc. nat.* In stratis regionis A) *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XXVII. f. 1. *Anopocare pusillum*, spec. adult. caput, f. 1 a. ejusd. abdomen, f. 2. specim. juvenil. figg. omnes magn. auct.

### T. XXVII. f. 3.

*Parabolina spinulosa*, epistoma magn. auct.

### T. XXVII. f. 4.

**Megalaspis acuticauda.** n. sp.

M. abdomine hemi-elliptico, acuminato, costis obsoletissimis, dichotomis, ante marginem evanescentibus, utrinque circiter 9.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Œlandiæ*.

T. XXVII. f. 4. *Megalaspis acuticauda*, abdom. magn. nat.

### T. XXVII. f. 5.

**Megalaspis rudis.** n. sp.

M. abdomine hemi-elliptico, rachi obsoletissima, costis lateralibus nullis.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöl, Heda etc.

T. XXVII. f. 5. *Megalaspis rudis*, abdom. magn. nat.

## PTYCHOPYGE. n. g.

**Asaphus. CORDA.**

Fam. Isotelidæ.

*Corpus latum, depresso, ovale, longitudinaliter trilobum, crusta lœvi, impresso-punctata vel irregulariter striolata.*

*Caput subovale, explanatum, immarginatum; anguli exteriores producto-acuminati. Oculi elati, semilunares, distincte reticulati, approximati, versus medium frontis siti, supra lobo orbitali rotundato tecti. Frons obsoleta, parum elevata, oblongula, medio subangustata, apice ipso rotundata. Sutura facialis postice ab oculis marginem baseos intus flexa petit, antice acuminata, frontem late circumscribens.*

*Thorax segmentis 8 sulco pleurico obsoleto, extrorsum evanescente impressis, apice oblique truncatis; rachis distincta, angusta.*

*Abdomen capiti subæquale, explanatum, immarginatum, costis lateribus simplicibus, obsoletis, interstitiis latioribus; rachis angusta, elongata, marginem haud attingens. Limbus scuti inferior latissimus, densissime striolatus.*

T. XXVII. f. 6.

**Ptychopyge applanata.**

Pt. abdomine transverso, rotundato, rachi acuminato-conica, costis lateralibus utrinque 6 medium limbi subexcedentibus.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XXVII. f. 6. *Ptychopyge applanata*, abdom. magn. nat.

## ASAPHUS. BROGN.

**Hemicrypturus. CORDA.**

Fam. Isotelidæ.

*Corpus ovale, convexum, longitudinaliter trilobum; crusta lœvis, impresso-punctata vel striolata.*

*Caput* breve, subtriangulare, immarginatum, angulis haud elongatis, muticis. *Frons* obsoleta, antrorum vix latior, basi utrinque obsolete 1-loba, apice rotundata. *Oculi* subconici, distincte reticulati, supra truncati loboque orbitali rotundato praediti, subdistantes, versus medium frontis siti. *Sutura* *facialis* postice ab oculis basim capitis intus flexa attingit, anticeque frontem anguste circumscribens, apice ipso rotundata cum acumine.

*Thorax* e segmentis 8 conficitur; rachis convexa, sat lata; pleurarum segmenta sulco longitudinali, lato, extrorsum evanescente canaliculata, apice rotundata, antrorum imbricata.

*Abdomen* capiti respondens, parum convexum, immarginatum; rachis elongata, conica, ante apicem desinens; costae laterales nullæ; exempla vero decorticata sæpe radiis obsoletissimis, duplicatis. *Limbus* scuti inferior latissimus, striis irregularibus, remotiusculis.

#### T. XXVII. f. 7.

##### *Asaphus rimulosus.* n. sp.

A. abdomine semicirculum subexcedente, irregulariter striolato, rachi lateribusque costis destitutis.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Ostrogothiae* ad Hnsbyfjöl etc.

T. XXVII. f. 7. *Asaphus rimulosus*, fragm. thoracis cum abdomine magn. nat.

#### T. XXVIII. f. 1.

##### *Asaphus expansus.* LINN. ex. p.

A. capite abbreviato, angulis rotundatis; abdomine lineis lateralibus elevatis, rachi costis medio evanescentibus.

*Roberg de Astaco* p. 19, 20. f. II. F. T. E.

*Entomolithus paradoxus.* LINN. Syst. Nat. Ed. XII. t. III. p. 460.

*Entomostracites expansus.* WAHL. I. c. p. 26 (exclusis varietatibus).

*Trilobites cornigerus.* SCHLOTH. in Miner. Taschenb. IV. 42. t. I. f. 4—5.

*Asaphus expansus.* DALM. in Vet. Acad. Handl. 1826. p. 241. t. III. f. 5. HIS I. c. p. 14. t. II. f. 6.

*Trilobites expansus.* BOECK I. c. p. 141.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Ostrogothia* ad Husbyfjöl etc. In *Norvegia* circa Christianiam.

T. XXVIII. f. 1. *Asaphus expansus*, magn. nat. f. 1 a. ejusd. caput (exempl. decortic.) f. 1 b. caput a latere.

#### T. XXVIII. f. 2.

##### *Asaphus raniceps.* DALM. BOECK.

A. capite antice angulisque acutis, abdomine subtriangulari, lateribus lævissimis, rachi costis obsoletis.

*Asaphus expansus* β *raniceps*. DALM. l. c. p. 295. t. III. f. 4. His. l. c. p. 14.

*Asaphus raniceps*. BOECK l. c. p. 141.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Ostrogothia* ad Husbyfjöl, Heda, Ljung; *Dalecarlia* ad Fjeckåqvarn, Alsarby etc.

T. XXVII. f. 2. *Asaphus raniceps*, magn. nat., f. 2. ejusd. caput (exempl. decorticat), f. 5. id. a latere, f. 2 c. epistoma.

#### T. XXVIII. f. 3.

##### *Asaphus fallax.* DALM.

A. capite antice angulisque rotundatis, abdomine lateribus lævissimis, rachi costis medio evanescentibus.

*Asaphus fallax*. DALM. (Mus. Holmiense).

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Ostrogothia* ad Husbyfjöl.

T. XXVIII. f. 3. *Asaphus fallax*, magn. nat., f. 3 a. ejusd. caput (specim. decortic.), f. 3 b. id. a latere f. 3 c. epistoma, f. 3 e, abdomen (specim. decorticat).

#### T. XXIX. f. 1.

##### *Asaphus laevigatus.* n. sp.

A. capite apice angulisque rotundatis, abdomine brevi, rotundato, rachi pleurisque costis destitutis.

*Loc. nat.* In stratis regionis D) *Vestrogothia* ad Bestorp.

T. XXIX. f. 1. *Asaphus laevigatus*, magn. nat.

#### T. XXIX. f. 2.

##### *Asaphus acuminatus.* BOECK.

A. capite antice angulisque acutis; abdomine subtriangulari, rachi costis obsoletis.

*Trilobites acuminatus.* BOECK l. c. p. 142.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Scaniae* ad Fogelsång. In *Norvegia* circa Christianiam.

T. XXIX. f. 2. *Asaphus acuminatus*, fragm. capitis f. 2 a. ejusd. abdomen decort. figg. magn. nat.

#### T. XXIX. f. 3.

##### **Ptychopyge glabrata.** n. sp.

P. abdomine semicirculum subegrediente, costis rachis 10, lateralibus utrinque 7 medium scuti subattingentibus.

*Loc. nat.* In stratis regionis D) *Vestrogothiae* in monte Kinnekulle.

T. XXIX. f. 3. *Ptychopyge glabrata*, fragm. capitis, f. 4 ejusd. abdomen; figg. magn. nat.

#### T. XXIX. f. 4.

##### **Megalaspis excavato-zonata.** n. sp.

M. abdomine semicirculari, zona lata, intramarginali excavato, costis lateralibus abbreviatis, obsoletis, utrinque 4—5.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Ælandiae*.

T. XXIX. f. 4. *Megalaspis excavato-zonata*, abdomen, magn. nat. f. 4 a. id. (spec. decorticat).

#### T. XXIX. f. 5.

##### **Megalaspis zonata.** n. sp.

M. abdomine semicirculum subexcedente, margine latiusculo, depresso, zona intramarginali convexiuscula, costis abbreviatis utrinque 5—6.

*Loc. nat.* Cum præcedente.

T. XXIX. f. 5. *Megalaspis zonata*, magn. nat.

#### T. XXX. f. 1.

##### **Asaphus platyurus.** n. sp.

A. abdomine transverso, costis rachis circiter 13, lateralibus omnino destituto.

*Loc. nat.* In stratis ejusdem regionis cum præcedentibus, ex. gr. *Ælandiae* fere ubique *Vestrogothiae* in monte Kinnekulle.

T. XXX. f. 1. *Asaphus platyurus*, abdomen, magn. nat.

## T. XXX. f. 2.

**Ptychopyge rimulosa.** n. sp.

P. abdomine semicirculum subegrediente, costis 7, lateralibus latis, depresso, ante medium limbi subevanescentibus.

*Loc. nat.* In stratis ejusd. regionis cum præcedentibus in *Œlandia* et *Dalecarlia*.

T. XXX. f. 2. *Ptychopyge rimulosa*, magn. nat.

## T. XXX. f. 3.

**Ptychopyge elliptica.** n. sp.

P. abdomine elliptico, costis utrinque 9 medium limbi subexcedentibus; rachi angusta, conico-cylindracea, 20-costata.

*Loc. nat.* In stratis regionis præcedentis ex. gr. in *Scania* ad Fogelsång.

T. XXX. f. 3. *Ptychopyge elliptica*, abdomen magn. nat.

## T. XXX. f. 4.

**Ptychopyge multicostata.** n. sp.

P. abdomine subovali, costis rachis 15 limbique utrinque circiter 11 ante marginem evanescentibus.

*Loc. nat.* Cum præcedente.

T. XXX. f. 4. *Ptychopyge multicostata*, abdomen magn. nat.

## T. XXXI. f. 1.

**Ptychopyge lata.** n. sp.

P. abdomine semicirculari, costis rachis circiter 7, totidemque lateralibus utrinque medium limbi attingentibus.

*Loc. nat.* Cum præcedentibus.

T. XXXI. f. 1. *Ptychopyge lata*, magn. nat.

## T. XXXII. f. 1.

**Ptychopyge angustifrons.** DALM.

P. abdomine subovali, costis lateralibus obsoletis, ante medium limbi evanescentibus, utrinque 4—5.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Ostrogothia* ex. ad Husbyfjöl, Heda, etc.

T. XXXII. f. 1. *Ptychopyge angustifrons*, magn. nat. f. 1 a. ejusdem caput, f. 1 b. epistoma, f. 1 c. pars rachis abdom. (spec. decort.) magn. auct. f. 1 d. sculptura crustæ limbi inferior. abdom.

## T. XXXII. f. 2.

**Ptychopyge limbata.** n. sp.

P. abdomine subovali, limbo depresso, costis rachis 8, lateralibus utrinque 6 latiusculis, abbreviatis.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Œlandiæ.*

T. XXXII. f. 2. *Ptychopyge limbata*, magn. nat. f. 2. sculptura crustæ limb. inferioris abdom.

## T. XXXII. f. 3.

**Ptychopyge media.** n. sp.

P. abdomine subovali, costis rachis 11, lateralibus utrinque 9 angustis, ante marginem evanescentibus.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XXXII. f. 3. *Ptychopyge media*, abdom. magn. nat.

## T. XXXII. f. 4.

**Ptychopyge aciculata.** n. sp.

P. abdomine elliptico, costis rachis circiter 16, lateralibus utrinque 7, medium limbi attingentibus.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Œlandiæ.*

T. XXXII. f. 4. *Ptychopyge aciculata*, abdom. magn. nat., f. 4. sculptura crustæ limbi infer. abdom. magn. auct.

## T. XXXIII. f. 1.

*Sphærexochus scabridus*, caput a latere, magn. nat.

**BRONTEUS. GOLDS.****Goldius.** Kon.Fam. **Bronteidæ.**

*Corpus* latum, oblongum, longitudinaliter trilobum, crista tectum laevi, irregulariter aciculata vel impresso-punctata.

*Caput* semilunare, marginatum sulcoque lato, intramarginali præditum. Anguli elongato-acuminati. Frons obsoleta, turbinata, antrorum valde dilata-

tata, intra marginem desinens, utrinque foveolis 2—3 abbreviatis impressa. Oculi modici, semilunares, subdistantes, subbasales, supra lobo orbitali rotundato tecti. Sutura facialis postice ab oculis basim capitis introrsum flexa attingit, antice ad marginem apicalem paullo extrorsum flexa decurrentis.

*Thorax* segmentis 10 angustis, sulco pleurico destitutis, apice angustatis, obtusis; rachis pleuris angustior.

*Abdomen* magnum, semicirculum excedens, explanatum, immarginatum; costis radiantibus numerosis, extrorsum dilatatis; rachis obsoleta, brevissima, apice rotundata.

#### T. XXXIII. f. 1 a, f. 2.

##### **Bronteus laticauda.** WAHL.

B. abdomine laevi, aciculato, utrinque 6-radiato.

*Entomostracites laticauda.* WAHL. I. c. p. 28. t. II. f. 8. (excl. fig. 7 caput repræs.).

*Asaphus (Illænus) laticauda.* DALM. I. c. p. 254. HIS. I. c. p. 17. t. III. f. 6. (excl. fig. capitis).

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Dalecarliae*.

T. XXXIII. f. 2. *Bronteus taticauda*, magn. nat., f. 1 a. ejusd. epistoma.

#### T. XXXIII. f. 3.

##### **Bronteus platyactin.**

B. abdomine laevi, aciculato, utrinque 7-radiato.

*Loc. nat.* In stratis regionis E) *Gothlandiae*.

T. XXXIII. f. 3. *Bronteus platyactin*, abdom. magn. nat.

#### T. XXXIII. f. 4.

##### **Bronteus polyactin.**

B. abdomine laevi, aciculato, utrinque 8-radiato.

*Loc. nat.* Cum antecedente.

T. XXXIII. f. 4. *Bronteus polyactin*, magn. nat.

**HOLOMETOPUS.** n. g.Fam. *Corynexochidæ?**Corpus . . . . crusta aciculata, lævi vel elevato-punctata tectum.*

*Caput* semilunare, immarginatum, impressione lata, intramarginali præditum. Frons distincta, integerrima, antrorum dilatata, marginem haud attingens. Oculi modici, semilunares, distincte reticulati, subcentrales. Sutura postice ab oculis ad latera capitis, antice frontem circumscribens.

*Thorax . . . .*

*Abdomen* latiusculum, semicirculare, immarginatum, integerrimum; rachis distincta, angusta, conica, apicem scuti haud attingens.

## T. XXXIII. f. 5.

**Holometopus aciculatus.** n. sp.*C. abdomine lævissimo, costis lateralibus latis, planis, utrinque 5—6.**Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.T. XXXIII. f. 5. *Holometopus aciculatus*, fragm. abdom. magn. auct.

## T. XXXIII. f. 6.

**Holometopus ornatus.** n. sp.*C. abdomine elevato-punctato, costis lateralibus angustis, utrinque 7.**Loc. nat.* Cum præcedente.T. XXXIII. f. 6. *Holometopus ornatus*, abdomen. magn. auct.

## T. XXXIII. f. 7.

**Holometopus limbatus.** n. sp.*C. abdomine impressione lata, intramarginali; costis lateralibus nullis.**Loc. nat.* In stratis regionis C) *Scaniæ* ad Fågelsång.T. XXXIII. f. 7. *Holometopus limbatus*, caput, f. 7 a. abdomen. Figg. magn. auct.**ISOCOLUS.**Fam. *Isocolidae.**Corpus* sub-ovale, distincte longitudinaliter trilobum; *crusta* lævis.

*Caput* semilunare immarginatum, angulis exterioribus elongato-acuminate. Oculi nulli. Sutura facialis nulla. Frons latuscula, marginem apicalem attingens, postice vix angustior, utrinque biloba.

*Thorax* subæqualis, depresso, e segmentis 6 longitudinaliter sulcatis, apice truncatis constat; rachis distincta, convexa, pleuris latior.

*Abdomen* parvum, rotundatum, immarginatum; rachis distincta, marginem, apicalem haud attingens; latera scuti costis obsoletis.

#### T. XXXIII. f. 8.

##### *Isocolus Sjögreni.* n. sp.

*Loc. nat.* In stratis regionis B—E) *Dalecarliae*, ubi speciem pulcherrimam primus indagavit  
cl. A. SJÖGREN.

T. XXXIII. f. 8. *Isocolus Sjögreni*, magn. auct.

#### CORYNEXOCHUS. n. g.

Fam. *Corynexochidæ*.

*Corpus . . . longitudinaliter trilobum, crusta lœvi vel impresso-punctata tectum.*

*Caput . . .* Frons distincta, subclavata, ante marginem apicalem desinens, utrinque integerrima vel sulcis obsoletis, abbreviatis impressa. Oculi parvi, semilunares, valde approximati subapicales, lobo orbitali exiguo prædicti. Sutura facialis postice ab oculis ad latera capitis decurrentis, antice ad marginem apicalem continuata.

*Thorax . . . .*

*Abdomen* semicirculare, marginatum, margine modo muticum, modo armatum; rachis cylindracea, marginem haud attingens; latera scuti sub-costata.

#### T. XXXIII. f. 9 & 11?

##### *Corynexochus spinulosus.* n. sp.

C. abdome utrinque spinulis 4.

*Loc. nat.* In stratis regionis B) *Scanice* ad Andraru.

T. XXXIII. f. 9. *Corynexochus spinulosus*, caput, f. 11 ejusd. abdomen. Figg. magn. auct.

## T. XXXIII. f. 10.

**Corynexochus? umbonatus. n. sp.**

C. abdomine margine mutico, rachi abbreviata, lateribus utrinque 6-lineatis.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Scaniae* ad Fågelsång.

T. XXXIII. f. 10. *Corynexochus? umbonatus*, abdom. magn. auct.

## T. XXXIII. f. 12.

**Nileus? lineatus. n. sp.**

N? fronte lineis utrinque 3 impressa.

*Loc. nat.* In stratis regionis C?) *Vestrogothiaæ* ad Oltorp.

T. XXXIII. f. 12. *Nileus? lineatus*, fragm. capitis, f. 12 a. id. a latere, f. 12 b. ejusd. abdom. magn. nat.

A *Nileo*, cui generi est corpus subæquabile, thorax vel sulcis longitudinalibus ordinariis destitutus, vel rachi obsoleta, latissima præditus, frons de-pressa, apice ipso dilatata, cujus quoque typus *Nileus armadillo* DALM. haben-dus, facile notis allatis distinguitur insequens genus:

**SYMPHYSURUS. BURM. ex. part.**

Fam. *Nileidæ*.

*Corpus* oblongo-ovale, distinete longitudinaliter trilobnm, crusta acie-u-lata præditum.

*Caput* subreniforme, immarginatum, angulis rotundatis. Sutura facialis oculique omnino ut in *Nileo*. Frons distincta, antrorum sensim dilatata.

*Thorax* segmentis 8, breviter canaliculatis, apice rotundatis, antrorum imbricatis; rachis distincta, angusta, convexa.

*Abdomen* breve, semicirculum haud attingens, immarginatum, integerrimum; rachis obsoleta.

Obs. Typum hujus generis *Asaphum palpebrosum* DALM. habeo.

## T. XXXIII. f. 13.

**Sympysurus breviceps.** n. sp.

S. fronte latiuscula, brevi, laevissima, puncto elevato medio, apice subinflata.

*Loc. nat.* In stratis regionis C?) *Vestrogothiae* ad Oltorp.

T. XXXIII. f. 13. *Sympysurus breviceps*, frons magn. nat. f. 13 a. ead. a latere, f. 13 b. ejusd? abdomen.

Obs. *Sympysurus palpelrosus* DALM., distinguitur fronte lata, gibba, aciculata.

**EULOMA. n. g.****Fam. Aulacopleuridæ.**

*Corpus . . . .* distincte longitudinaliter trilobum, crusta laevi tectum.

*Caput* transversum, semilunare, convexum, margine undique incrassato, sulcoque lato intramarginali (apicali plerumque excavato-punctato) præditum; anguli exteiiores elongati acuminati. Frons abbreviata, ovata, utrinque distincte biloba. Oculi modici, semilunares, subcentrales, lobo orbitali exiguo prædicti. Sutura facialis postice ab oculis marginem baseos prope angulum exteriorem petit, anticeque parum introrsum flexa ad marginem apicalem continuata. Costula facialis utrinque 1 a fronte ad oculos oblique ducta.

*Thorax . . . .* segmentis subangustis, sulco pleurico lato canaliculatis, apice acutis, retroflexis.

*Abdomen* breve, transversum, rotundatum, marginatum, utrinque costis 1—2 longitudinaliter sulcatis; rachis elevata, conica, intra marginem scutis desinens.

## T. XXXVIII. f. 14.

**Euloma laeve.** n. sp.

E. capite canaliculo apieis intramarginali punctis excavatis destituto.

*Loc. nat.* In stratis regionis C?) *Ostrogothiae* prope Berg.

T. XXXIII. f. 14. *Euloma laeve*, fragment. capit magn. nat. f. 14 a. id. a latere.

## PHAROSTOMA. CORDA.

**Prionocheilus.** ROUAULT.

Fam. Calymmenidæ.

*Corpus* ovatum vel oblongo-ovatum, distinete longitudinaliter trilobum; crusta lœvis vel alutacea.

*Caput* semilunare, undique incrassato-marginatum sulcoque intramarginali: marginibus antico lateralibusque pectinatis; anguli exteriore cornigeri. Frons lata, brevis, ovata, utrinque profunde biloba. Oculi parvi, semilunares, lobo orbitali minuto prædicti, subapicales, sublaterales. Sutura postice ab oculis angulum capitinis exteriorem intus flexa attingit anticeque marginem apicalem. Costula facialis utrinque 1 brevissima, obsoleta vel omnino nulla.

*Thorax* constat e segmentis 13 sulco pleurico instructis, apice . . . . . rachis distincta, apicem versus sensim angustior.

*Abdomen* capite minus, rotundatum, immarginatum, costis lateralibus circiter 5 longitudinaliter subsulcatis; rachis distincta, crassiuscula, ante apicem scuti desinens.

T. XXXIII. f. 15.

*Pharostoma?* *Œlandicum.* n. sp.

P. costis facialibus nullis.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Œlandiae.*

T. XXXIII. f. 15. *Pharostoma?* *Œlandicum*, fragm. capit. magn. nat. f. 15 a id. a latere.

## CONOCORYPHE. CORDA.

**Conocephalus.** ZENCK. ex. p. **Conocephalites.** BARR. ex. p.

Fam. Conocoryphidæ.

*Corpus* elongato-ovatum, distinete longitudinaliter trilobum; crusta lœvis vel minute granulata.

*Caput* semilunare, margine incrassato sulcoque intramarginali; anguli exteriore elongati. Oculi nulli. Sutura facialis submarginalis, a basi capititis

prope angulum exteriorem incipiens marginem versus apicalem continuata. Frons distincta, convexa, conica, canaliculum apicale haud attingens, utrinque sub-3-loba.

*Thorax* constat e segmentis circiter 14, sulco pleurico lato canaliculatis, apie oblique truncatis; rachis distincta, convexa, pleuris angustior.

*Abdomen* breve, rotundatum, marginatum, costis lateralibus latiusculis, simplicibus; rachis distincta, intra apicem scuti desinens.

#### T. XXXIII. f. 16.

##### **Conocoryphe Dalmani. n. sp.**

C. capite minute granulato, margine apicali introrsum angulato-dilatato.

*Trilobites Sulzeri.* DALM. I. c. p. 75.

*Asaphus? Sulzeri.* HIS. I. c. p. 45.

*Loc. nat.* In stratis regionis B) *Scaniæ*.

T. XXXIII. f. 16. *Conocoryphe Dalmani*, caput magn. auct. f. 16 a. id. a latere.

#### T. XXXIII. f. 17.

##### **Bumastus? glomerinus. DALM.**

B. capite æquabili sulcisque frontis longitudinalibus omnino destituto.

*Asaphus (Nileus) glomerinus.* DALM. in Vet. Acad. Årsb. 1828. p. 456. HIS. I. c. p. 16.

*Loc. nat.* In stratis regionis C?) *Ostrogothiæ?* (Mus. Holm.).

T. XXXIII. f. 17. *Bumastus? glomerinus*, exempl. convol. magn. nat., f. 17 a. id. a latere.

#### T. XXXIII. f. 18.

##### **Forbesia? brevifrons. n. sp.**

F. lævissima, fronte breviter ovata, integerrima; abdome costis utrinque.

2—3 dichotomis.

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Vestrogothiæ* in Olleberg.

T. XXXIII. f. 18. *Forbesia? brevifrons*, caput f. 18 a. ejusd. abdomen, magn. nat.

#### T. XXXIII. f. 19.

##### *Aneucanthus acutangulus*, abdomen magn. nat.

## TRINUCLEUS. LIHWYD, LINK, MURCH.

**Cryptolithus. GREEN.**

Fam. **Cryptolithidæ.**

*Corpus* breve, late ovatum, distinete longitudinaliter trilobum; crusta lævis, subtiliter impresso-punctata, scabridula vel reticulato-foveolata.

*Caput* amplissimum, semilunatum, convexum, anguste marginatum, limbo alveolis concentricis pertuso; anguli exteriore producti, apice spinis subuliformibus, longissimis armati. *Frons* distincta, subclavata, basi angustata, utrinque sublobata, apice tumida. *Oculi* compositi nulli. *Genis* medio fronteque antice puncto elevato (ocellis?) præditis. *Sutura omnino marginalis* ad angulos exteriore intus flexa marginem basalem petit.

*Thorax* capite brevior, depresso, subæqualis, e segmentis 6 constat; rachis distincta, modice convexa; segmenta pleurarum angusta, canaliculata, apice obtusa.

*Abdomen* parvum, transversum, triangulare, margine verticaliter deflexo; rachis obsoleta, lata, marginem attingens; latera scuti plana, costis obsoletis subdichotomis.

### T. XXXIV. f. 1.

#### **Trinucleus Wahlenbergi. ROUAULT**

T. fronte antice ovali genisque lævissimis, punctis ordinariis minutis.

*Entomostracites granulatus.* WAHL. l. c. p. 45. t. II. f. 4. (exclus. f. 4. ad Acidaspid. granulatum pertinente).

*Asaphus granulatus.* DALM. l. c. p. 258. t. II. f. 6. HIS. l. c. p. 44. t. II. l. 4.

*Triunculeus granulatus.* LOVÉN Vet. Acad. Förh. 1845. p. 109. t. II. f. 2.

*Loc. nat.* In stratis regionis Db.) *Vestrogothia* in montibus. Mösseberg, Olleberg et Billingen.

T. XXXIV. f. 1. *Trinucleus Wahlenbergi*, magn. nat., f. 1 a. impressio paginæ superioris capitis, f. 1 b. impr. ejusd. pag. inferior., f. 1 c. caput, subtus visum, f. 1 d. idem. a latere.

## T. XXXIV. f. 2.

**Trinucleus ceriodes.** n. sp.

T. fronte antice subglobosa genisque totis favosis, punctis ordinariis majusculis.

*Loc. nat.* In stratis rēgionis D a) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XXXIV. f. 2. *Trinucleus cériodes*, magn. nat., f. 2 a. ejusdem caput a laterē, f. 2 b. id. (specimen decorticat.).

## T. XXXIV. f. 3.

**Trinucleus carinatus.** n. sp.

T. lèvissimus, fronte obovata utrinque 1-loba, genis punctis ordinariis majusculis.

*Loc. nat.* In saxis dispersis regionis D a?) *Vestrogothiæ* in monte Kinnekulle.

T. XXXIV. f. 3. *Trinucleus carinatus*, caput magn. nat., f. 3 a. id. a latere.

## T. XXXIV. f. 4.

**Trinucleus coscinorinus.** n. sp.

T. fronte antice globosa genisque totis favosis, limbo radiato, interstitiis subtilissime porosis.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Scaniæ* ad Fågelsång.

T. XXXIV. f. 4. *Trinucleus coscinorinus*, caput, specim. decort. magn. nat., f. 4 a. id. a latere.

## T. XXXIV. f. 5.

**Trinucleus affinis.** (cfr. t. XL. f. 20).

T. fronte antice rotundata genisque subfavosis, punctis ordinariis majusculis.

*Loc. nat.* In stratis regionis D b) *Dalecarliæ*.

T. XXXIV. f. 5. *Trinucleus affinis*, specim. juven. magn. nat.

**SPIÆROCORYPHE.** n. g.

## Fam. Chiruridæ.

*Corpus* ovatum, distinete longitudinaliter trilobum, crusta lævi vel subtiliter alutacea præditum.

*Caput* subtriangulare, convexum, margine postico subincrassato sulcoque intramarginali, laterali dentato; anguli in spinas subuliformes, retroflexas elongati. *Frons* subglobosa, tumida, ultra marginem oralem protuberante, basi constricta, utrinque lobo obsoleto prædita. *Genæ* perangusta. *Oculi* magni, globosi discum genarum fere totum occupantes. *Sutura* *facialis* non distinguenda.

*Thorax* e segmentis 8—9 constat; rachis pleuris angustior; segmenta lateralia basi sulco pleurico brevi impressa, apice elongata, retroflexa.

*Abdomen* parvum, plicis transversis 2—3 ultra marginem in spinas longissimas productis.

#### T. XXXIV. f. 6.

##### *Sphærocoryphe dentata.* n. sp.

*S.* laevis, fronte utrinque ad basim obsolete 1-loba.

*Loc. nat.* In stratis regionis D b) *Vestrogothiaæ* in monte Mösseberg.

T. XXXIV. f. 6. *Sphærocoryphe dentata*, magn. nat., f. 6 a. ejusd. caput a latere.

## DEIPHON. BARR.

##### Fam. Chiruridæ.

*Corpus . . . . crusta minute granulata vel laevi tectum.*

*Caput* subovale, margine occipitali distineto sulcoque intramarginali; latera capitis angustissima, vix distinguenda; anguli exteriores in cornua longissima, divaricata elongati. *Oculi* reniformes, distincte reticulati loboque orbitali parvo præditi, valde approximati, ad basim frontis sili. *Sutura* *facialis* postice ab oculis ad latera capitis decurrens. *Frons* distincta subglobosa.

*Thorax . . . .*

*Abdomen* parvum, immarginatum, plicis transversis paucis, utrinque in spinas longissimas, marginem superantes elongatis; rachis obsoleta.

#### T. XXXIV. f. 7.

##### *Deiphon globifrons.* n. sp.

*D.* fronte globosa, granulata.

*Loc. nat.* In stratis regionis E) *Gothlandiaæ*.

T. XXXIV. f. 7. *Deiphon globifrons*, caput, magn. nat., f. 7 a. id. a latere.

## STAUROCEPHALUS. BARR.

**Trochurus.** BEYR.

Fam. Chiruridæ.

*Corpus* breviusculum, ovatum, distincte longitudinaliter trilobum, crusta granulata tectum.

*Caput* subtriangulare basi lateribusque? marginatum sulcoque intramarginali: margininibus lateralibus denticulatis; anguli capitis exteriores elongati. Frons clavata, postice constricta, fere cylindracea, utrinque subbiloba, antice globosa, ultra marginem prominens. Genæ breviusculæ, tumidæ, fronte latiores. Oculi parvi, ovati, distantes, versus medium genarum siti, introrsum lobo orbitali parvo instructi. Sutura facialis postice ab oculis ad latera capitis decurrens, antice frontem circumscribens.

*Thorax* brevis, segmentis 10 angustis, sulco pleurico distitutis, apice elongatis, acuminatis, retroflexis.

*Abdomen* parvum, immarginatum, costis lateralibus in spinas utrinque circiter 4 apicem versus sensim breviores, marginemque scuti superantes productis; rachis distincta, conica.

T. XXXIV. f. 8.

**Staurocephalus clavifrons.** n. sp.

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Vestrogothiæ* in monte Olleberg.

T. XXXIV. f. 8. *Staurocephalus clavifrons*, fragment capitis f. 8 a. id. a latere.

## Fam. LICHIDÆ.

*Corpus* oblongulum, longitudinaliter trilobum, crusta lœvi vel granulata tectum.

*Caput* breviusculum, subtriangulare, marginatum sulcoque intramarginali; anguli exteriores cornibus subuliformibus prædicti. Frons latissima, subovata vel subrotunda, antrorsum angustior, subintegerrima vel utrinque lobis 1—2 instructa, anterioribus sat magnis rachique parallelis. Oculi parvi, modice distantes, medium versus genarum siti, loboque orbitali angusto

prædicti. Sutura facialis postice ab oculis ad angulum exteriorem anticeque intus flexa ad marginem oralem decurrentis.

*Thorax* segmentis circiter 11 latis, sulco pleurico longitudinaliter impressis, apice acuminatis vel in spinas retrorsum spectantes elongatis.

*Abdomen* sat magnum, immarginatum; rachis abbreviata, crassa, conica; costis lateralibus paucis (2—3), latis, longitudinaliter sulcatis, in dentes vel spinas marginem superantes utrinque productis.

Obs. Quemadmodum species hujus familie non nisi mancae et mutilatae hucusque repertae sunt, ita etiam insequens horum fragmentorum dispositio quam maxime manca et imperfecta necesse sit.

A). Fronte subintegerrima vel apice tantum linea utrinque 1 abbreviata impressa: *Platymetopus* n. g. Huc pertinent *P. lineatus* et *P? planifrons*.

B). Fronte utrinque distincte lobata: *Lichas* DALM. (*Metopias* EICHW.).

I. Fronte utrinque 1-loba, pone basim tuberculis aucta.

a) lobis lateralibus postice indeterminatis.

1) lobo terminali postice sulco nullo circumscripto: *L. celorrhin*, *pachyrrhinus*, *Norvegicus*, convexus, affinis, cicatricosus et conformis.

2) — terminali undique circumscripto: *L. laciniatus*.

b) lobis lateralibus undique circumscriptis: *L. depresso*, 6-spinus, 4-spinus, *Gothlandicus*, *aculeatus* et *desflexus*.

II. Fronte utrinque 1-loba pone basim tuberculis nullis.

a) lobis lateralibus postice sulcum occipitalem attingentibus: *L. ornatus*, *Dalecarlicus* et *rotundifrons*.

b) lobis lateralibus abbreviatis, a sulco occipitali remotis: *L. concinnus*, *laticeps*, *latifrons*, *Œlandicus*, *pusillus* et *gibbus*.

III. Fronte utrinque distincte 2-loba: *L. polytomus*.

## T. XXXV. f. 1.

**Lichas celorrhin.** n. sp.

**L.** granulosus, fronte apice prominente, subglobosa; abdomine utrinque obtuse 3-dentato, rachi 2-sulcata.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Ostrogothiae* ad Husbyfjöl, Skarpåsen; *Smolandiae* ad Humlenäs.

T. XXXV. f. 1. *Lichas celorrhin*, magn. nat., f. 1 a. ejusdem caput a latere, f. 1 b. epistoma, f. 1 c. caput antice visum.

## T. XXXVI. f. 1.

**Lichas laciniatus.** WAHL. ex. p.

**L.** granulatus, lobo frontis terminali postice lateralibus vix latiore; abdomine subrotundato, utrinque 2-dentato.

*Entomostracites laciniatus.* WAHL. l. c. p. 54. II. t. f. 2. (excl. f. 2 caput. repræs.).

*Parodoxides laciniatus.* BRONGN. l. c. p. 55. t. III. f. 5.

*Asaphus (Lichas) laciniatus.* DALM. l. c. p. 251. t. VI. f. 1. HIS l. c. p. 47. t. III. f. 7 (excl. fig. capitis).

*Lichas laciniatus.* LOVÉN l. c. p. 55. t. I. f. 7 b.

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Vestrogothiae* in montibus Olleberg et Mösseberg.

T. XXXVI. f. 1. *Lichas laciniatus*, magn. nat., f. 1 a. ejusdem caput a latere.

## T. XXXVI. f. 2. (Cfr. T. XXXVIII. f. 4).

**Lichas affinis.** n. sp.

**L.** granulatus, lobo frontis terminali postice lateralibus latiore; abdomine late triangulari, acuto, utrinque 2-dentato.

*Lichas laciniatus.* LOV. l. c. p. 55. t. I. f. 7.

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Ostrogothiae* ad Borenshult.

T. XXXVI. f. 2. *Lichas affinis*, fragm. capit. decort., f. 2 a. ejusd. abdom. Figg. magn. nat.

## T. XXXVI. f. 3.

**Lichas polytomus.** n. sp.

**L.** minute granulatus, fronte lobis circumscriptis utrinque 2, tuberculisque pone basim aucta.

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Vestrogothiae* in monte Olleberg.

T. XXXVI. f. 3. *Lichas polytomus*, fragm. capit. magn. auct.

## T. XXXVI. f. 4.

**Lichas depressus.** n. sp.

L. minute granulatus, lobo frontis terminali postice lateralibus fere duplo angustiore.

*Loc. nat.* In saxis dispersis regionis D a?) *Elandiæ*.

T. XXXVI. f. 4. *Lichas depressus*, fragm. capit. decortic., f. 4 a. ejusd. abdom. figg. magn. nat.

## T. XXXVI. f. 5.

**Lichas convexus.** n. sp.

L. granulatus, lobo frontis terminali tumido, postice lateralibus vix angustiore.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Ljung.

T. XXXVI. f. 5. *Lichas convexus*, fragm. capit. magn. nat., f. 5 a. id. a latere.

## T. XXXVI. f. 6.

**Lichas concinnus.** n. sp.

L. elevato-punctatus, lobo frontis terminali postice lateralibus a sulco occipitali remotiusculis angustiore.

*Loc. nat.* In stratis regionis E) *Gothlandiæ*.

T. XXXVI. f. 6. *Lichas concinnus*, fragm. capit. magn. nat., f. 6 a. id. a latere.

## T. XXXVI. f. 7. (Cfr. t. XXXVII. f. 4).

**Lichas rotundifrons.** n. sp.

L. granulosus, lobo frontis terminali postice lateralibus angustiore; abdome utrinque 2-dentato, apice emarginato.

*Loc. nat.* Cum præcedente.

T. XXXVI. f. 7. *Lichas rotundifrons*, fragm. caput. magn. nat., f. 7 a. id. a latere.

## T. XXXVI. f. 8. (Cfr. t. XXXVII. f. 5).

**Lichas laticeps.** n. sp.

L. minute granulatus, lobo frontis terminali postice lateralibus latiore.

*Loc. nat.* Cum præcedentibus.

T. XXXVI. f. 8. *Lichas laticeps*, fragm. capit. magn. nat., f. 8 a. id. a latere.

## T. XXXVI. f. 9. (Cfr. t. XXXVII. f. 6).

**Lichas latifrons.** n. sp.**L.** granulatus, lobo frontis terminali postice lateralibus angustiore.*Loc. nat.* Gum præcedentibus.T. XXXVI. f. 9. *Lichas latifrons*, fragm. capit. magn. nat.

## T. XXXVI. f. 10.

**Lichas Elandicus.** n. sp.**L.** abdomine granulato, costis subangustatis, rachi sulcis transversis 2.*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Œlandiae*.T. XXXVI. f. 10. *Lichas Elandicus*, fragm. abdom. magn. nat.

## T. XXXVII. f. 1.

**Lichas gibbus.** n. sp.**L.** granulosus, lobo frontis terminali postice lateralibus vix angustiore, antice obliterato; abdomine margine integerrimo?*Loc. nat.* In stratis regionis E) *Gothlandiae*.T. XXXVII. f. 1. *Lichas gibbus*, magn. nat., f. 1 a. ejusd. caput a latere.

## T. XXXVII. f. 2.

**Lichas pusillus.** n. sp.**L.** minute granulatus, lobo frontis terminali circumscripto, postice lateralibus abbreviatis parum latiore.*Loc. nat.* Cum præcedente.T. XXXVII. f. 2. *Lichas pusillus*, caput. magn. nat., f. 2 a. id. a latere.

## T. XXXVII. f. 3.

**Lichas deflexus.** SJÖGR.**L.** granulatus, fronte apice deflexa, lobo terminali medium versus lateribus 4-duplo angustiore.*Loc. nat.* In stratis regionis D a?) *Œlandiae* in saxis dispesis.T. XXXVII. f. 3. *Lichas deflexus*, fragm. capitis f. 3 c. id. a latere, f. 3 id. antice visum f. 3 b. ejusd. pars antica a latere. Figg. magn. nat.

T. XXXVII. f. 4. *Lichas rotundifrons?* abdomen magn. nat.

T. XXXVII. f. 5. *Lichas laticeps?* abdomen magn. nat.

T. XXXVII. f. 6. *Lichas latifrons,* abdomen magn. nat.

### T. XXXVII. f. 7.

#### *Lichas ornatus.* n. sp.

**L.** verrucosus, lobo frontis terminali postice lateralibus 2-plo angustiore; abdomine utrinque 2—3 spinoso.

*Loc. nat.* In stratis regionis E) *Gothlandiae.*

T. XXXVII. f. 7. *Lichas ornatus,* caput f. 7. ejusd. abdomen. Figg. magn. nat.

### T. XXXVII. f. 8.

#### *Conocoryphe? glabrata.* n. sp.

**C.** laevissimus, fronte utrinque obsolete impressa.

*Loc. nat.* In stratis regionis B) *Scaniæ ad Andraru[m].*

T. XXXVII. f. 8. *Conocoryphe? glabrata,* caput magn. nat.

## DOLICHOMETOPUS. n. g.

*Corpus . . . . longitudinaliter trilobum, crusta laevissima tectum.*

*Caput . . . . undique marginatum sulcoque intramarginali; anguli extei-  
riores . . . . Oculi maximi, lobo orbitali semiorbiculari prædicti. Sutura  
facialis postice ab oculis marginem basalem intus flexa attingens, antice bre-  
vissima, extrorsum flexa, ad marginem apicalem continuata. Frons distincta,  
subclavata, integerrima, apice parum dilatata.*

*Thorax . . . .*

*Abdomen* semicirculum subegrediens, convexum, marginatum, integerrimum;  
rachis distincta, fere cylindracea, marginem haud attingens; latera scuti co-  
stis oblitteratis utrinque 2—3.

## T. XXXVII. f. 9.

**Dolichometopus Svecicus.** n. sp.

**D.** abdomine, costis oblitteratis utrinque 2.

*Loc. nat.* In stratis regionis B) *Scaniæ* ad Andrarum.

T. XXXVII. f. 9. *Dolichometopus Svecicus*, caput f. 9 a. ejusd. abdomen, magn. nat.

## T. XXXVIII. f. 1.

**Lichas pachyrhinus.** DALM.

**L.** minute granulatus, lobo frontis terminali apice prominente, conico.

*Asaphus (Ampyx?) pochyrinus.* DALM. in Vet. Acad. Årsber. 1828. p. 156. His. l. c. p. 18.

*Metopias (Ampyx?) pachyrhinus.* LOV. l. c. p. 55—54. t. 1. f. 6.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Ostrogothiæ* ad Husbyfjöll.

T. XXXVIII. f. 1. *Lichas pachyrhinus*, fragm. capit. f. 1 a. id, a latere, f. 1 c. ejusd. epistoma.  
(Figg. omnes magn. nat. sec. LOVÉN).

## T. XXXVIII. f. 2.

**Lichas Norvegicus.** n. sp.

**L.** . . . . . abdomine granulato, utrinque obtuse 3-dentato: rachi sulcis transversis 2, apicali medio interrupto.

*Trilob. scaber.* BOECK (Mus. Christian.).

*Loc. nat.* In stratis regionis C?) in *Norvegia*.

T. XXXVIII. f. 2. *Lichas Norvegicus*, abdom. magn. nat.

## T. XXXVIII. f. 3.

**Platymetopus planifrons.** n. sp.

**P.** fronte plana, integerrima, pone basim utrinque tuberculo aucta; rachi abdominalis 3-costata.

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Dalecarliæ*.

T. XXXVIII. f. 3. *Platymetopus planifrons*, fragm. abdom. f. 3 a. ejusd.? epistoma, f. 3 b. idem.? figg. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 4. *Lichas affinis*, fragm. capit. magn. nat. f. 4 a. id. a latere, f. 4 b. abdom. Figg. magn. nat.

## T. XXXVIII. f. 5.

**Lichas conformis.** n. sp.

**L.** . . . . . abdomine subangusto, triangulari, acuto, utrinque 2-dentato, rachi sulcis transversis 2 medio interruptis.

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Dalecarliae*.

T. XXXVIII. f. 5. *Lichas conformis*, abdom. magn. nat.

## T. XXXVIII. f. 6.

**Lichas cicatricosus.** Lov.

**L.** granulosus, lobo frontis terminali postice lateralibus latiore; abdomine utrinque sub-3-dentato.

*Lichas cicatricosus*, Lov. l. c. p. 56. t. I. f. 8. (abdom.).

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Dalecarliae*.

T. XXXVIII. f. 6. *Lichas cicatricosus*, caput, f. 6 b. ejusd. abdom. magn. nat.

## T. XXXVIII. f. 7 &amp; 8.

**Lichas 6-spinus.** n. sp.

**L.** granulatus, lobo frontis terminali medium versus lateralibus abbreviatis subangustiore, abdomine utrinque 3-spinoso.

*Loc. nat.* In stratis regionis D?) *Norvegiae*.

T. XXXVIII. f. 7. *Lichas 6-spinus*, fragm. capit., f. 7 a. id. a latere, f. 8 ejusd. abdom. Figg. magn. nat.

## T. XXXVIII. f. 9.

**Lichas Dalecarlicus.** n. sp.

**L.** verrucosus, lobo frontis terminali lateralibus angustiore.

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Dalecarliae*.

T. XXXVIII. f. 9. *Lichas Dalecarlicus*, fragm. capit., f. 9 a. id. a latere, f. 9 b. fragm. abdom. Figg. magn. nat.

## T. XXXVIII. f. 10.

**Lichas Gothlandicus.** n. sp.

**L.** granulatus, lobo frontis terminali pone medium lateralibus fere duplo angustiore.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Gothlandiae*.

T. XXXVIII. f. 10. *Lichas Gothlandicus*, fragm. capit. magn. nat., f. 10 a. id. a latere.

## T. XXXVIII. f. 11.

**Lichas aculeatus.** n. sp.

**L.** granulatus, lobo frontis terminali medium versus lateralibus duplo angustiore, margine occipitali aculeo armato.

*Loc. nat.* In stratis regionis D b) *Vestrogothiae* in monte Kinnekulle.

T. XXXVIII. f. 11. *Lichas aculeatus*, fragm. capit. magn. nat. f. 11 a. id. a latere.

## T. XXXVIII. f. 12 &amp; 13?

**Platymetopus lineatus.** n. sp.

**P.** fronte apicem versus linea 1 utrinque impressa, pone basim tuberculis nullis.

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Dalecarliae*.

T. XXXVIII. f. 12. *Platymetopus lineatus*, fragm. capit., f. 12 a. id. a latere, f. 13 ejusdem? abdomen. Figg. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 14. *Sphærexochus scabridus*, fragm. capit., f. 14 a. ejusd. abdom. figg. magn. nat.

T. XXXVIII. f. 15. *Sphærexochus latifrons*, abdomen magn. nat.

T. XXXVIII. f. 16. *Sphærexochus angustifrons*, caput a latere, f. 16 a. ejusd. abdomen, f. 17. idem.? var. figg. magn. nat.

## T. XXXVIII. f. 18.

**Sphærexochus? clavifrons.** SARS. (nec DALM. nec HIS.).

**S.** minute granulatus, fronte obovata, apice tumida, utrinque 3-loba: lobis basalibus subrotundis, circumscriptis.

*Loc. nat.* In stratis regionis D?) *Norvegiae*.

T. XXXVIII. f. 18. *Sphærexochus clavifrons*, fragm. capit. magn. nat., f. 18 a. id. a latere.

## T. XXXVIII. f. 19.

**Sphærexochus? deflexus.** n. sp.

S. granulatus, fronte apice deflexa, lobis basalibus subrotundis, circumscriptis.

*Loc. nat.* In stratis regionis C) *Ostrogothiae.*

T. XXXVIII. f. 19. *Sphærexochus deflexus*, fragm. capit. magn. nat., f. 19 a. id. a latere (spec. decortic.) magn. auct.

## T. XXXIX. f. 1.

**Sphærexochus Wegelini.** n. sp.

S. laevissimus, fronte lobis basalibus, introrsum indeterminatis.

*Loc. nat.* In stratis regionis D—E) *Dalecarliae.* CL. WEGELIN.

T. XXXIX. f. 1. *Sphærexochus Wegelini*, fragm. capit. f. 1 a. a latere, magn. nat.

## T. XXXIX. f. 2.

**Sphærexochus conformis.** n. sp.

S. minute granulatus, fronte lobis basalibus introrsum indeterminatis, terminali exiguo, reliquis angustiore.

*Loc. nat.* Cum præcedente.

T. XXXIX. f. 2. *Sphærexochus eonformis*, caput f. 2 a id. a latere.

## T. XXXIX. f. 3.

**Sphærexochus granulatus.** n. sp.

S. granulatus, fronte lobis basalibus introrsum indeterminatis, terminali reliquis latiore.

*Loc. nat.* Cum præcedentibus. CL. WEGELIN (Mus. Holm.).

T. XXXIX. f. 3. *Sphærexochus granulatus*, fragm. magn. nat., f. 3 a. id. a latere.

## T. XXXIX. f. 4.

**Sphærocoryphe granulata.** n. sp.

S. granulata, fronte, apice subglobosa soveolisque 2 abbreviatis utrinque impressa.

*Loc. nat.* Cum præcedentibus.

T. XXXIX. f. 4. *Sphærocoryphe granulata*, fragm. cæpitis, f. 4 a. id. a latere.

## T. XXXIX. f. 5.

